


Herrn Prof. Dr. A. Fleckeisen in treuer anhänglichkeit u. verehrung d. Vf.

DE CLAVDII GALENI SVBFIGVRATIONE EMPIRICA.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE OBTINENDORVM CAVSA

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE VI. MENSIS AVGVSTI A. MDCCCLXXII

PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

MAX BONNET
MOENO-FRANCOFVRTANVS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:
AVG. FRESENIVS SEM. PHIL. SODALIS ORD.
F. LEO SEM. PHIL. SODALIS ORD.
GVIL. MOELLER SEM. PHIL. SODALIS ORD.

BONNAE
FORMIS CAROLI GEORGI
1872.

Conspectus.

Extat inter Galeni opera libellus de quo haec refert I. C. G. Ackermannus in Fabricii Bibliotheca graeca to. V p. 442 ed. 3ae:

N. 84. *De subfiguratione empirica. Exstat in edit. Charterii tom. II pag. 340. in septima Iuntarum in isagog. fol. 31. graeca desiderantur. Videtur genuinus esse, et exhibet rationem pleniorem medicinae empiricorum. — Interpretes sunt Dominicus Castellus, Nic. Rheginus.*

Repetita sunt haec sine additamento in Kuehnii editione Galeni uol. I p. CXLIX s.

Operae pretium est accuratius recensere illius libelli editiones. singillatim numquam quod sciam editus est. habemus autem illum in his operum Galeni editionibus latinis quarum quas ipse uidi asterisco notaui.

* 1) in editione Veneta anni 1502 quae inscripta est *Secunda impressio Galieni quecunque in prima continebantur apprehendens. Cui plurima uariarum traductionum eidem in fine duplicata: Nouaque annectentur Galieni opera. Summis impensis ac laboribus correcta emendataque. Cum gratia et priuilegio.* Deinde haec secuntur: *Libri superadditi cum in prima non essent impressione. Thegni Laurentiano interprete. De ystoria philosophorum. De subfiguratione emperica. De natura humana siue Compagine membrorum* cet. Extremo uol. I haec leguntur: *Predicto ergo de pronosticatione libro finito totam terminari uolumus partem primam operum Galieni — — quam — — tibi tradidit Hieronymus Surianus physicus clarissimi condam artium ac*

medicine doc. dñi mḡri Iacobi Suriani de Arĩo omnium etate sua precipui filius. Anno dñi MCCCCCII. Venetiis Ducante Inuictissimo ac Serenissimo Principe Leonardo Lauretano. — Suriani nomen est etiam in primo folio uerso. Alterum uolumen inscriptum est *Pars Secunda operum Galieni. Impressione secunda.* eam solam nouerat Ackermannus p. CCXXIII K. ibi in fol. bbb iiii. post librum *de istoria phylosophorum* decem fere columnis contenta est *Galieni subfiguratio emperica* quam infra describendam curauimus.

2) in Iuntinis annorum * 1541 (priuilegia data sunt mensibus Martio et Nouembri 1540) * 1550. 1556. 1563. * 1576. 1586. * 1597. 1600. 1609. * 1625 inter libros isagogicos fol. 31 ss. hoc titulo: *Galeni de subfiguratione empirica. Incerto interprete* (in Indice addita sunt haec: *qui liber mendosissime translatus olim legebatur*). Incipit his uerbis: *Omnes empiricae sectae cultores, cognomen ab Hippocrate ductum renuentes, se ab animi affectu denominari maluerunt.* haec sunt extrema uerba: *Neque enim ob alium quam hunc ipsum errorem etiam Empirici medici maxime inter se discrepant, ut in commentariis ostendi, quae de illorum edidi discrepantia.* Inde ab anno 1550 in XIII capita distinctus habetur.

3) in Frobenianis * 1542 (col. 113—125) * 1549 (col. 121—136) * 1561 et 1562 (p. 61—69) eodem titulo totus iisdem uerbis inter libros isagogicos ex Iuntinis repetitus. secunda editio XV capita habet, XIII cum Iuntinis tertia.

* 4) in editione Veneta *Augustino Ricco Medico Lucensi authore* 1541—1545 *apud Ioannem de Farris et fratres de Riuoltella.* In complurium uoluminum exemplaribus quibusdam alioquin plane paribus ut non possit esse alia editio deest in titulo Ricci nomen. Victoris Trincauelli nomen quod addit Ackermannus p. CCXXXIII K. non repperi nisi in Ricci epistula ad Alexandrum Pharnesium data postmodo inserta in sectionem tertiam. ibi alteram editionis partem a Trincauello curatam multaque ab eo translata esse refert. In eius editionis sectione sexta p. 1205—1214 (sic

habet, est autem 1231 [a]) libellus ille sic inscriptus est: *Galeni adumbrata figura Empirici, Dominico Castello interprete.* Incipit sic: *Sectae Empiricae studiosi eos philosophos secuti, qui, quoniam de quacunque re dubitabant, Sceptici a graecis dicti sunt, ab animi potius affectione, quam ab Hippocrate se Empiricos appellari uoluerunt.* desinit in haece: *Neque enim aliunde nisi ob hanc causam et ipsa Empiricorum discrepantia emersit, quemadmodum monimenta, quae de ipsorum discordia fecimus, aperte declarant. Venetiis, ex Officina Farrea,* MDXLV.

* 5) in editione Frellonii Lugdunensi anni 1550 inter libros isagog. col. 101—114 eodem titulo iisdem uerbis atque in Iuntinis.

* 6) in editione quae inscripta est *Galeni omnia quae extant — — studio — — Io. Baptistae Rasarii — — in latinam linguam conuersa. Venetiis apud Vincentium Valgrisium* 1562, uoluminis VII *extra ordinem classium libros* continentis fol. 26 uers. ad 31 rect. hoc titulo: *Galeni liber qui empirici medici informatio inscribitur e uetere tralatione meliorem in statum a Io. Baptista Rasario restitutus.* Prima uerba haec sunt: *Qui sectam empiricam adamarunt, eos secuti philosophos, qui, quoniam singulis de rebus dubitabant, sceptici sunt a Graecis appellati; ab animi affectione, quam ab Hippocrate nomen ducere maluerunt;* extrema haec: *eadem quoque caussa fecit, ut empirici medici inter se maxime dissenserint: quemadmodum in iis commentariis, qui a nobis de illorum discrepantia scripti sunt, aperte demonstrauimus.*

* 7) in Charterii editione Hippocratis et Galeni tom. II Lutet. Paris. 1679 p. 340—347 eodem titulo quo in Iuntinis iisdem uerbis nisi quod typothetarum mendis scatet.

Num esset Subfiguratio in iis editionibus quas inter Surianam anni 1502 et Iuntinam a. 1541 factas esse Ackermannus p. CCXXIV—XXVIII K refert operam dedi ut certior fierem, sed adhuc nullus est adlatus nuntius. ex iis quae adnotat Tiraboschi ad p. 282 Hist. litt. ital. uol. V ed. Flor. 1807 ueri simile est in editione Rustici Placentini

a. 1515 et 1516 Subfigurationem a Nicolao translatam legi, sed ut illa aetate fieri solebat e Suriani editione descriptam.

Post Charterium nemo quod sciam libellum illum edidit. neque graecum exemplar aut ipse uidi aut ab aliis post interpretum tempora uisum esse comperi. quo factum est ut Iulius Rosenbaum uir doctissimus in C. Sprengelii Historia Medicinae (I p. 576 adnot. 56 ed. 4^{ae}) etiam dubitare posset num graecum umquam extitisset. is uero non incidisset in eius modi dubitationem si eas quas supra memorauimus editiones omnes cognouisset. sed Charteriano exemplari solo uidetur usus esse. ceterum ita quoque facile erat diuinatu qui *nominibus apud Latinos quam maxime consuetis* se usurum profiteretur (Subfig. p. 44$_{29}$ s. ap. Inc. c. 5) eum interpretem esse, non ipsum scriptorem. nam illa uerba tamquam argumentum suspitionis Rosenbaumius affert (cf. ea de re adnot. nostr. ad Subf. 28$_{18}$). contra graeca uocabula hic illic seruata uel pertenui ut ita dicam uelamine latinitatis induta uelut *subfiguratio* (ὑποτύπωσις) ueri illum admonere debebant. Nobis cum ne minima quidem eiusmodi dutatio esse possit hoc statim quaerendum est quae intercedat inter uarias illas editiones ratio atque adeo quae sit cuique fides habenda.

I.

Magister Nicolaus de Regio de Calabria — ita enim ipse nomen suum scribit — multos Galeni libros latine uertit qui in editionibus Galeni latinis compluribus ex ea uersione descripti sunt. (Cf. ipsius subscriptiones et Tiraboschi l. s. pag. 281 s.) quo modo ille in munere suo uersatus sit in *prohemio traductoris ad gloriosissimum Hierusalem et Siciliae regem Robertum* scripto et libro Myamir praemisso ipse his uerbis prodidit: *Ego Nicolaus de Regio medicus fidelis et subditus uester iuxta mandatum uestrum de graeco idiomate in latinum transtuli nihil addens minuens uel permutans.* Quam uere haec dixerit (nam quae

ad Subf. 37_{9} adnotauimus uix excipienda sunt) uidebit quicumque paucas Subfigurationis empiricae paginas legerit. ita enim uerbum de uerbo ac paene dixerim syllabam de syllaba transtulit ut non nimia opera et plerumque certo possimus graecam orationem refingere. Hac ratione fieri potuit ut magna cum fide graeca redderet, cum ipse hic illic ea non satis intellegeret uelut 46_{21} s. 55_{8} al. sed etiam librariorum uel typothetarum uitiis loci quidam sensu priuati sunt. non pauca quidem a typothetis peccata esse perspicuum est. lectionis autem uarietatem quandam ipsum exemplar Surianum exhibet cuius in margine octo locis uariae lectiones adscriptae sunt (35_{4}. 44_{9}. 54_{16}. 57_{1}. 61_{24}. 63_{1}. $_{18}$. 65_{2}). quas ne quis suspicetur editoris esse coniecturas aut uerba illius coniecturis loco mota, primum satis est ueri simile per annos plus centum sexaginta (cf. subscript. Subfig.) librum nostrum saepe descriptum esse ut potuerint a Suriano duo exemplaria adhiberi. dein modo in margine (35_{4}) modo in textu (61_{24}) ea leguntur quae uera esse uix quemquam qui modo attenderet fugere poterat. postremo quod grauissimum puto ad ea uerba adnotata sunt (uelut 54_{16}. 57_{1}) in quibus certe non haereret qui tam patienter euidentissimas corruptelas recepit (uelut 36_{18}. 66_{14}). Veras esse marginis lectiones in 35_{4}. 44_{9}. 63_{18}. 65_{2}, falsas in 61_{24}. 63_{1}, quiuis hodie uidebit. de 54_{16} et 57_{1} uide quae adnotauimus. Quo magis dolendum est si libri manu scripti omnes interierunt. nam etiam in aliis praeter eum quem edidit Surianus aliqua uera inueniri potuisse par est sperare. Ceterum quamuis multis locis Nicolai uerba corrupta nobis sint tradita, qua de re conquestus est iam pridem Iacobus Syluius in libello qui inscriptus est *Ordo in legendis Hippocratis et Galeni libris* Paris. 1549. p. 17, relicui tamen libelli ea est indoles ut paene idem utilitatis nobis adferat ac si ipsa graeca uerba seruata essent. sed accuratius de ea re dicendum est simul considerantibus Iuntinam et Farream editionem. nam de Rasario paucis absoluere possumus quae post disputabuntur.

Hic autem nobis confitendum est neque de Incerto illo interprete cuius Iuntae usi sunt opera neque de Dominico Castello qui Farreae editionis interpres dicitur qui homines fuerint aut quid praeter uersiones illas boni fecerint nobis compertum esse. tamen iam hoc loco monendum uidetur Nicolai Subfigurationis interpretis nullam fieri in Iuntina editione mentionem quamquam complures libri ab illo translati dein ab aliis recogniti esse referantur; quin paene solius illius libri Incertum dici interpretem (praeterea eius tantum qui est *de incantatione* cet. in classe VII) ut perspicuum sit editores ipsos quis fuerit ille ignorasse. unde colligi licet aliquanto temporis ante annum 1540 eam interpretationem confectam et in bybliotheca aliqua uel apud bybliopolam ab editoribus repertam esse. Atque confirmaretur haec coniectura Gesneri testimonio, nisi eius auctoritas ut paullo post apparebit ualde eleuanda esset. leguntur enim haec in *Catalogo secundo siue Medicinae instauratorum Nomenclatore* a Gesnero confecto et editioni Frobenianae a. 1562 praefixo: *Innominatus et incertus quidam interpres uetus, siue unus is quidam fuerit, siue plures forte, multos ex Galeni libris Latinos fecit, sed inelegante et barbarico stylo: quorum nihil fere, ni fallor, typis excusum est: quoniam meliores et doctiores nostri seculi hominum translationes ex libris Graecis, ueteris interpretationis loco sunt receptae. Suspicor equidem Gerardum Cremonensem, de quo supra diximus* (cf. de eo Gesnerus in *Bibliotheca* s. u.), *aliquos eorum uertisse. Excusae sunt cum Galeni operibus translationes illae ueteres inter spurios tantum libros, qui fere Graece non extant: ut sunt de Dynamidiis libri duo* cet. Deinde etiam Subfigurationem ab Incerto translatam esse testatur. quam tamen non debuit inelegante et barbarico stilo scriptam dicere. sed spurios illos libros qui sunt de Dynamidiis cet. respexisse putandus est qui sunt sane illis epithetis digna.

Castellum autem minime imperitum aut insipientem siue medicum siue litteratum fuisse crediderim cui Riccus

aut Trincauellus conficiendae nouae translationis quam editioni suae insereret negotium commiserit. Vitarum scriptores quos quidem adire potui omnes de eo silent praeter Simlerum in Gesneri Bibliotheca ab ipso aucta (Tigur. 1574). is autem nihil nisi translationem libelli Galeniani sub illo nomine memorat. Hoc tamen addendum uidetur, ab Alidosio (I Dottori Bolognesi di Teologia, Filosofia etc. Bologn. 1623. p. 68) atque post eum a Fantuzzio (Scrittori Bologn. t. III p. 148) et a Mazzettio (Repertorio di tutti i professori — — di Bologna 1847 p. 87) Felicem Castellum professorem Bononiensem filium dici Dominici quem per aetatis rationem licet eundem putare qui Subfigurationem interpretatus est. praeterea Alidosi (ib. p. 48) haec habet: *Domenico Gianasi da Castel, Bolognese*, ne uno quidem uerbo de uita aut scriptis adiecto, ut si hic est Subfigurationis interpres nullo alio opere eum nobilem fuisse credere debeamus.

II.

Iam uero ut ad comparandos trium quos diximus interpretum libellos procedamus felici casu factum est ut aliquam saltem commentationis graecae partem inueniremus. extat ea in Galeni libro de simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus XI c. 1 (XII 312 ss. K). quem locum si quis cum Nicolai et Incerti illius et Castelli interpretationibus conferre uoluerit multa uidebit ab Incerto omissa aut in breuius contracta esse, alia addita transposita ex arbitrio mutata, ut fide cum Nicolao certare minime possit; Castellum autem inter utrumque fere medium esse.

Maior autem illius inuenti haec est utilitas quod ex eodem fragmento et Incertum et Castellum e Nicolao sua descripsisse, non ex ipso graeco libro uertisse satis certis argumentis confirmare possumus quae iam deinceps enarranda sunt. primum duo uerba a Nicolao omissa ab illorum quoque exemplaribus absunt. 58 $\overline{27}$ ἐπὶ χθαμαλοῦ του λόφου. Nic. *in loco eleuato a planitie.* Inc. *in edito loco.*

Cast. *in excelso quodam loco.* 59_{21} παλλακὶς δ' ἦν αὐτῷ δούλη νέα τε καὶ καλή. Nic. *amica uero erat ei serua pulcra.* Inc. *hic ancillam suam formosam deperibat.* Cast. *perpulchram ancillam quam perdite amabat.* dein 60_{4} s. haec graeca uerba: ἐπειδὴ γάρ τις νοσῶν τοῦτο τὸ νόσημα φιλοσοφώτερος ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐδυσχέραινέ τε δεινῶς κτλ. cum Nicolaus sic uertisset: *quidam enim qui aegrotabat hac aegritudine philosophorum existens qua secundum multos annos anxiabatur fortiter,* Castellus et Incertus in eundem de multis annis errorem inducti sunt. Inc. *philosopho cuidam multos antea annos hac ipsa aegritudine efflictim laboranti.* Cast. *eodem morbo per multos annos afflictus philosophus.* postremo, id quod per se solum rem conficere poterat, 59_{21} ss. Nicolai obscuritate plane occaecati sunt eius asseclae cum de Galeni clarissima sententia dubitare minime possent. graece sic scriptum erat: παλλακὶς δ' ἦν αὐτῷ δούλη νέα τε καὶ καλὴ πολλοὺς ἐραστὰς ἔχουσα· ταύτῃ καὶ ἄλλα μέν τινα τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀτὰρ οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸ ταμιεῖον ἐπίστευεν ὁ κάμνων. ea Nicolaus sic uerterat: *amica uero erat ei serua pulcra multos amatores habens. huic et alia quae secundum domum et etiam quae secundum cellarium committebat confidenter.* Inc. *hic ancillam suam formosam deperibat. contra illa foedum hominem odio habebat aliisque amantibus clandestine miscebatur. cuius doli consciis utebatur; altera penui praeerat altera cellae uinariae.* Cast. *perpulchram ancillam quam perdite amabat secum adduxit. haec et aliis amatoribus sui copiam faciebat. cuius rei et conseruae quarum custodiae penu et cella uinaria committebatur erant consciae.* Scilicet uerba quae sunt *alia quae* singulari numero posita credidit bonus Incertus, ea autem quae sunt *comitebat* (sic ed. pr.) *confidenter* ita cepit quasi scriptum esset *conscia erat*, deinde ab illo in errorem inductus est Castellus quem ab Incerto pendere cum iam cognouerit quicumque attente ea quae supra ex utroque attulimus legerit tum postea confirmabimus.

Nunc ex relicuo libro pauca addenda sunt quibus in-

tellegitur Incertum Nicolao sua debere. ac primum multi loci sunt ubi cum sententiam manifeste peruerterit Nicolai obscuritate in errorem inductus esse, uel cum omiserit quaedam deterritus esse eadem obcuritate non sine ueri similitudine credi possit. uelut 37_{2} *purum* omisit. 46_{21} s. omisit haec uerba: *una quidem* e. q. s. usque ad *distinctionis rerum.* 64_{12} s. haec posuit: *necessitatemque suis assertionibus inculcat ubi plurima sunt contingentia.* 37_{9}. 39_{15}. 42_{24}. 53_{24}. 55_{6} ea quae Nicolai interpretamenta esse perquam probabiliter adnotauimus, ea integra aut leuiter inmutata apud Incertum reperiuntur. postremo artis quaedam uocabula eadem habet ac Nicolaus quamquam per naturam suam facillime poterant permutari uelut 36_{2} *indicatio* 38_{15} *ambigua ratio* 48_{17} *determinatio* et *distinctio* 49_{4} *definitio* et *descriptio*, ante omnia autem ipsum illud *subfiguratio* quod nomen plane abhorret ab Incerti pura et eleganti latinitate neque receptum est a Castello aut Rasario.

Iam uero nonnulla quae in contrariam partem trahi posse uideantur nos repperisse non debemus dissimulare. eius modi hi sunt loci: 38_{18} s. αὐτοψίαν et αὐτόπτην, item alia nonnulla graeca uocabula habet pro latinis Nicolai (*per se inspectio* cet.). praeterea in quibusdam, ita a Nicolao recedit ut sine dubio uera praebeat. 40_{10} *quaeritur autem numquid, quemadmodum existimauit Serapion, tertia pars medicae artis sit de re simili ad similem transitus, quod aperte negauit Menodotus.* 41_{20} *qui haec tria proxima medicinae partes esse uoluerunt* (Nic. ed. pr. *partes totius emperie*). 45_{20} *symptomatum igitur quae simul incipiunt — — cognata uocari possunt* (Nicolaus ad passiones haec refert). 47_{27} *plethoricum* (Nic. *pleureticum*). 51_{16} *ad usum deduci* (Nic. ed. pr. *ad uisum*). 58_{22} pro eo quod habet Nicolaus *in quadam uilla* Incertus dedit *in pago quodam* (graece κώμῃ). 59_{16} pro corrupto illo *kimorum* (καρκίνων) *cancros* posuit. 63_{15} *uersuum* (Nic. *uerborum*). longe autem grauissimi duo sunt loci 35_{10} et 45_{6}. illo enim loco pro *Simone Critonis* nomen apud Incertum legimus, pro eo autem quod

ex *pinguem* apud *Philistione*. 45 5 *calorem* pro eo quod est *colorem* positum typothetarum Iuntinorum errori tribuendum uidetur. quos nimirum secuti sunt Frobeniani et ceteri. at immo enim inter symptomata Nicolaus habet *infrigidationem*, itemque *pulsus asperitatem*: hic quis est quin statim uideat ψυγμός et σφυγμός uel ψῦξις et σφύξις uocabula confusa esse? nonne simul patet graecum exemplar ab Incerto usurpatum esse? nam ut de Nicolai infrigidatione dubitaret ne minima quidem aderat causa — cf. inter alia [Galen.] de uict. rat. in morb. acut. 8 (XIX 213 K) ex Hippocrate: *σημεῖόν ἐστι μελλόντως παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψῦξις ποδῶν* — neque si adesset, Incertus ille noster credi posset e graecorum uerborum similitudine emendationem excogitauisse, neque licet fortunae tantum tribuere ut si libidine aliqua ductus illa uerba mutasset in eam incidisset coniecturam quae tam mire cum illa similitudine congrueret.

Fateor me ipsum diu in his difficultatibus haesisse. at iam omnia explicari posse confido. nam quod ad graeca illa uocabula attinet ea parua opella e latinis refingi poterant. dein his locis: 40 10 45 20 58 22 al. non multo difficilius erat uerum ex ingenio restituere aut non satis aperta explicare. quin etiam plures quamquam illis faciliores emendationes proferre poteram, sed nil attinebat. aliud genus est relicuorum, quamquam etiam illa *medicinae* 41 20 et *ad usum* 51 16 fortasse Incerti ingenio tribuenda sunt. sed probabilius haec, certo autem relicua ex alio fonte deriuata esse arbitrabimur. ut uno uerbo dicam Incertus non ex Suriani editione sed e libro Nicolai manu scripto Galeni tractatum exscripsit. in eo autem libro, qui non fuit idem atque ille quem Surianus edendum curauit, scripturae quaedam uarietas siue in margine adnotata erat siue in ipsum textum inrepserat. uarietatem autem dico non solum ipsius translationis sed etiam graeci exemplaris a curioso aliquo et docto homine quales inde a Nicolai tempore multi in Italia uixerunt conlati. postea ad multos Galeni libros eiusmodi conlationes fieri solitas esse nemo ignorat qui Galenos lati-

nos quandoque tractauit. minus peritis ut exemplum proponatur, ad illum locum de simpl. med. temp. qui item legitur in Subfiguratione 59_{22} in Iuntinae editionis margine haec posita sunt: *Ex cod. Graecis haec adduntur. Ille istius fidei tum nonnulla alia ad rem domesticam spectantia tum penu ipsum crediderat.* item permulta alia. atque etiam in indicibus editionum latinarum multi libri e ueteribus graecis exemplaribus emendati dicuntur.

Itaque et *medicinae* 41_{20} et *plethoricus* 47_{27} et *usum* 51_{16} et *cancris* 59_{16} et *uersuum* 63_{15} et *pulsus asperitatem* 45_{6} unde fluxerint satis probabilem mihi uideor rationem reddidisse. Ea autem quae desunt 57_{8} quod non suppeditauit liber ab Incerto adhibitus id minime refragari coniecturae nostrae perspicuum est. Tum si quis quaerat cur non ab ipso Incerto graecum librum conlatum esse statuamus, primum potuisse id fieri non omnino negauerim. at mihi quidem minime probabile uidetur. cur enim cui graecus liber ad manum esset is locos eos conferret ubi nulla dubitandi causa esset uelut 45_{6} 58_{22}, omitteret autem quae non intellegeret uelut 46_{24}, alia falsis interpretationibus tentaret uelut 48_{5} (*si — — fuerit — — aut certe syncopam pati assueuerit*) 50_{8} (*dum in rationales demonstrationes incidere uererentur*) 50_{15} (*tribonicos*) 54_{8} (*agere* pro *indigere*) 55_{7} (*neque propterea pollicitus quod exquisitissime uerum est sed quatenus fieri potest inuenire profitetur quod probatorum historiae maxime congruat*) 56_{7} (*urinae difficultates* pro *yliacis*) 64_{12} (*necessitatemque suis assertionibus inculcat ubi plurima sunt contingentia*) 66_{1} ss. (cf. infra p. 16)? ante omnia autem si graeca inspicere licebat cur latina uerba coniecturis emendare maluit? id quod ab eo susceptum esse iam ni fallor omnibus probabitur.

De medicorum enim nominibus (35_{10}) paullo plura dicenda sunt. Nicolai illud *phylion* quin sit pro *Philino* positum nemo opinor dubitabit. is enim cum empiricae sectae auctor perhibeatur in Introd. siue Med. 4 (XIV 683 K) — qui liber

ut non sit Galeni, certe est a uiro docto et fide digno conscriptus — uix potuit hoc loco silentio praetermitti. contra Philistio clarus quidem fuit inter medicos, at empiricum eum fuisse nemo quantum scio contendit nisi qui forte in Subfigurationis Iuntina lectione nisi sunt, uelut Fabricius in Elencho Medicorum quem Baehrius in Paulyi Encycl. s. u. secutus esse uidetur. e plurimis autem locis quibus illius mentio fit dogmaticum fuisse, ne nimium dicam, perquam ueri simile est. uidesis in primis de usu resp. 1 (IV 471 K) ubi de utilitate respirationis eius placitum refertur; de alim. fac. I 1 (VI 473 K) coll. de acut. morb. uict. I 17 (XV 455 K) et in Hipp. aphor. comm. I 1 (XVIII A 8 s. K) ubi Galenus libri *περὶ διαίτης* qui Hippocrate dignus dicitur Philistionem auctorem habitum esse refert. neque probabile est pro *Φιλίνου* interpolatione aut librariorum errore *Φιλιστίωνος* scriptum fuisse. eruditulum autem aliquem qualis fuit Incertus noster ex illo *phylion* quod corruptum esse manifestum erat coniectando effecisse nobilis alicuius medici nomen plane consentaneum est. Atque idem fere de *Simone* et *Critone* nominibus dixerim. Simo enim cum inter medicorum nomina non celebratus esset — nam obscuri sunt illi omnes homines quos Fabricius Bibl. gr. in Elencho Medicorum s. u. conposuit — Critonem cuius saepe a Galeno referuntur praecepta in eius loco posuit Incertus non multo felicius quam in Philistione negotio suo functus. Crito enim qui Traiani aetate floruit quo modo potuit inter eos collocari qui Acrone quidem iuniores relicuis autem empiricis uetustiores haberi dicuntur? praeterea methodicorum sectae addictum fuisse eum scimus. is autem quem Fabricius l. s. s. u. *Crito* empiricum Erasistrati aetate uiuentem facit, non medicus sed aegrotus aliquis est apud Galenum de uenae sect. adu. Eras. 1 (XI 193 K) ad quem falso refert Fabricius nostrum Subfigurationis locum (i. e. T. II ed. Paris. p. 340). ceterum in hoc nomine uariare potuisse graeca exemplaria inter *ΚΡΙΤΩΝΟΣ* et *ΣΙΜΩΝΟΣ* ego non

praefracte negauerim. sed cum neutrum conueniat, corruptela illud *Simone*, dein ut dixi pessima interpolatione *Critone* ortum esse merito censebimus.

Atque ego quidem non dubito quin uera scriptura haec sit: *Timone.* Timonem enim Phliasium Laertius Diogenes IX 109 filium suum Xanthum medicinam docuisse refert, unde iam Menagius (ad L. D. IX 106) multique postea ipsum quoque medicum fuisse effecerunt; cf. in primis C. Wachsmuth de Timone Phliasio p. 5. Quod contra illum E. Zeller quamquam ipse in Paulyi Encycl. VI 1 p. 859 credibile putauerat medicinae a Timone operam nauatam esse in Historia philosophiae Graecorum (III 1 p. 441 adnot. 1. ed. 2[ae]) monuit, ἐδίδαξε etiam ita accipi posse ut narretur Xanthum a patre ad artis magistros deductum esse, id etiamsi cum grammaticorum ueterum praeceptis pugnat, in eius modi scriptore qualis fuit Laertius sane defendi potest. certe apud ipsum Galenum de praenot. ad Post. 2 (XIV 608 K) haec legimus: καὶ γὰρ ἐπέπειστο τοῦ πατρὸς ἐπὶ φιλοσοφίαν ἄγοντός με προσταχθὲν αὐτῷ δι' ὀνείρων ἐναργῶν ἐκδιδάξαι καὶ τὰ τῆς ἰατρικῆς, οὐχ ὡς πάρεργον τὸ (π K) μάθημα τοῦτό μοι γεγονέναι (συνέβη ante μοι γενονέναι K). at tamen tam arte conexa sunt illa ἰατρ. ἐδίδαξε cum iis quae sequuntur καὶ διάδοχον τοῦ βίου κατέλιπε ut uix possit dubitari quin ipsum medicum habuerit Laertius uel potius Apollonides Nicaeensis (109 init.) cuius etiam illa uerba esse uidentur. ceterum satis constat plerosque Pyrrhonios medicinam professos esse (cf. Ritter Hist. phil. IV p. 274) inter quos fuerunt empiricorum principes. atque ut permulta indicia constantis inter scepticos et empiricos conspirationis hoc loco omittam, in Subf. et 35 $_{8}$ s. utrosque coniunctos habemus et 62 $_{19}$. 63 $_{2}$ 64 $_{14}$ uidemus ipsum Pyrrhonem ab empiricis sibi ad imitandum proponi solitum esse. quid mirum si eius discipulum qui aut ipse medicinam professus erat aut filium saltem ad eam capessendam impulerat et sine dubio ad Pyrrhonis praecepta eam reuocandam esse contenderat homines qui ne Acronis quidem

nomen sectae suae uindicare ueriti sunt disciplinae auctorem et patronum asciuerunt?

Incertus utrum a Suriano receptam an ab eo in margine positam scripturam secutus sit in plerisque locis non potest discerni. 35_{4} *Hippocrate* habet 61_{24} *sanitatis* 63_{1} *plasmatus* (?) legit (cf. adnot.). Denique ut eius indoles plane cognoscatur locos quosdam infra recensuimus in quibus manifeste errauit aut certe neglegenter in negotio suo uersatus est. 44_{5} *abominabilem* et *nociuum*, item 44_{14} uerba q. s. *neutrum* usque ad *fugiendum est*, ac multa praeterea, omisit. 42_{23} sic habet: *fortasse enim eandem omnes rei rationem intuentur, sed ut diuersa concipiunt, ita et diuersa explicare necesse est.* 48_{3} pro eo quod est *in frigidissima regione* posuit haec: *instante hieme frigidissima.* 49_{28} et 50_{13} uix dici potest quam inepte pro iis *qui irrationalem eruditionem pertractant* posuit *dogmaticos.* 61_{7} sic habet: *obtulit enim fortuna ut non incommoda tantum sed commoda quoque ex quibus ars confici posset conspicaremur.* 67_{3} *dimissa omnino inquisitione dē rei substantia.*

III.

Dominicus Castellus quam insumpserit in libello nostro adornando operam facilius fuit ad perspiciendum et breuius dicetur. Graeco libro is quoque caruit, Nicolai autem interpretationem ita retractauit concinnauit perpoliuit ut nonnulla etiam ab Incerto mutuaretur quae ceteris admiscuit.

Graeca uocabula etiam plura quam apud Incertum per opusculum sparsa ne quem decipiant, in plerisque solummodo graecis litteris latinas mutatas esse moneo uelut 42_{1} *χειρουργίαν* et *φαρμακίαν*, 42_{5} *εὐεκτικήν*, 42_{6} *γεροκομικήν* (sic), 63_{20} *δριμυμώρους* et *δριμυλέοντες* (sic), 65_{22} *ἐπιλυτικόν* et *ἀντικαθεγορικόν* (sic), 67_{9} *θεραπευτικὴ μέθοδος*. alia apud Incertum graece scripta inuenit uelut *αὐτόπτης αὐτοψία τρίβων ἔμπειρος* cet. restant denique tria 41_{24} *ὑγυεινή* (sic) 47_{13} *σημειωτικόν* 49_{28} *ἄλογον τρίβην* (sic) quae quam facilia fuerint ad fingen-

dum etiam mediocriter erudito, nemo est quin uideat. praeterea coarguuntur illo σημειωτική pro eo quod est σημείωσις posito. scilicet graeca consulto intermiscuit bonus Castellus ut e graeco exemplari hausisse uideretur. multa autem quod latinis uocabulis pro Nicolai graecis expressit, uelut *phlegmone phlebotomare hypochondrium* multa alia, hoc elegantiae gratia uidetur fecisse.

Nicolai interpretationem ex editione Suriani a Castello retractatam esse nihil repperi quo credere uetemur. nam 47$_{17}$ quod pro illo *fictiorum futurum* posuit casu uel facili coniectura fieri potuit. 50$_{15}$ *ex* τρίβωνος ad analogiam graeci sermonis scripsit. 52$_{24}$ *alui* ad *sanguinis subductionem* ex suo penu quamuis exiguo adicere potuit. 54$_{13}$ quod *brachium humero* mutauit Galeni certe non expressit sensum. 54$_{17}$ ss. elegantiae gratia interuertit enuntiatorum ordinem. 55$_{7}$ s. sententiam ex iis quae secuntur effecit: *quod fieri posse uidetur, inuenire promittit, si hoc idem praeterea probatissimorum hominum historia doceat, cui citra huiusmodi experientiam credimus.* 68$_{2}$ *geometras rationales arithmeticos* neglegentia omisit. 63$_{19}$ quod pro *homine qui est in platea hominem forensem* posuit, id quod sine dubio ad graecum ὥς τις ἀγοραῖος propius accedit, hoc quamquam est admirandum potuit tamen casu fieri. Plurima autem supersunt uestigia illius interpretationis. uelut 41$_{6}$ e *mansione sedem in anima* effecit contra sententiam (μονή). 41$_{20}$ *totius experientiae partes* (Nic. *totius emperie* Inc. *medicinae*). 45$_{6}$ *refrigerationem* (de *pulsu* nihil). 46$_{21}$ Nicolai illud *licet* coniunctionem esse credidit, non autem neglexit quae incertus omiserat. 47$_{27}$ euidentem illum Nicolai errorem secutus est cum *pleuriticum concursum* scriberet. 63$_{15}$ *ad decem milia uerba.* 66$_{2}$ ut aliquid tamen illa *ueritate* quam Nicolaus *uirtutis* loco habere uidetur efficeret scripsit haec: *sed et si ad artium constitutionem memoriam et sensum praecipua esse existiment, tamen ad diiudicandam ueritatem, quae in ipsis est, haec sola non sufficere arbitrantur.* 66$_{8}$ uero etsi de *sermonibus* nihil habet tamen uerbum quod est *rogati* ad eos rettu-

lit: *nam nisi eiusmodi facultas in nobis insit, ne uerbum quidem rogare, neque redarguere, qui perperam rogati sunt, tentabimus.* De Suriani margine in Castellum eadem cadunt quae supra (p. 14) de Incerto diximus nisi quod 65$_{2}$ *statim* posuit (Nic. ed. pr. *protinus*).

Incerti tamen praeterea adhibitam esse interpretationem his locis manifestum est: 35$_{10}$ *Critonem* et *Philistionem* recepit. 44$_{8}$ *phialam* item atque Incertus pro illo *collum* posuit. 46$_{17}$ *ut in rebus appellandis ambitiosi sunt.* Inc. *nimis ambitiose.* 48$_{5}$ *aut exanimatus totis uiribus saepe deficiat.* Inc. *aut certe syncopam pati assueuerit.* 51$_{16}$ *reuocanda in usum* (Nic. *uisum*, cf. p. 9). 66$_{1}$ ss. eandem quam Incertus sententiam siue easdem ineptias expresssit his uerbis: *sed et si — — arbitrantur.* (cf. p. 15) *quare recte illi uim quandam in nobis insitam necessario ponendam esse putant, quae quid repugnet, aut consequatur cognoscere, et indicare queat. nam — — tentabimus* (cf. supra). *at quod in huius excolendae usu et studio insistat Empiricus, ut Heraclides Tarentinus credit, non necessarium esse existimo, primis enim a natura insertis seminibus imbuti, ab eademque luminibus quibusdam illustratis ingeniis contenti esse debemus. Videre enim licet Tarentinum, qui licet uim illam plurimum exercuerit, Hippocrate tamen in medendo longe inferior habetur Menodotus quoque huic non dissimilis fuit, qui interdum* cet. Inc. *neque enim, si sibi in ea secta constare uoluerint, ad artium constitutionem putabunt aliud esse necessarium, quam sensum rerum euidentium, et memoriam: nihilominus recte admittunt uim quandam in nobis esse, qua eorum, quae apprehendimus, consonantiam et repugnantiam discernamus. Sed non propterea Heraclides Tarentinus recte putauit hanc prius exercendam atque arte acuendam. sufficiunt enim primordia illa et ueluti lumina quibus humanum ingenium a primo statim ortu natura illustrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudum exercitatus in operibus tamen artis Hippocrate fuisse longe deterior sicut etiam Menodotus fuit.* Praeterea cf. quae nos infra adnotauimus ad 37$_{5}$. 39$_{19}$. 65$_{13}$.

Denique in fragmento illo de elephantiacis hi loci a Nicolao sumpti facile cognoscuntur: 59_{1} *huic — — sufficerent* 59_{20} *spe commodi* 59_{23} *hospites.* 60_{7} *cum miser ita iaceret* 60_{19} *per transpirationem.* ab Incerto hi: 58_{21} *referam — — oportunum, in quodam — — pago.* 59_{21} ss. cf. quae supra (p. 8) diximus, praeterea *penus* et *cellae uinariae* uocabula animum aduerte. 60_{1} s. *incolumis — — retulimus.* 60_{5} *afflictus.* 60_{8} *euentus.* 60_{10} *ipse in se ipso experiretur.* 60_{12} *ex elephantiasi ad lepram malum declinauit.* 60_{15} *consulebat.* 60_{18} *anguillarum more.* 60_{24} *perfectae ualetudini est restitutus.* Sibi ipse indulsit his locis: 59_{2} *dum — — traducit.* 59_{11} *turpi.* Denique quod 59_{12} *ita* aduerbium habet (gr. *τοιούτῳ*) hoc post ea omnia quae disputauimus e sententia, non e graeco libro fluxisse iudicabimus.

Castelli licentias et errores adnotauimus inter multa alia haec: 55_{20} *quae solo gustu* (*inter se similia sunt*) *multo magis.* 56_{22} *maior uel minor concipienda est spes.* 59_{18} *in Mysia, quae et ipsa Asiae pars est, non procul a nostro oppido posita.*

Quae supra disputauimus si uera sunt non idem fuit Incerti et Castelli consilium. ille enim ueterem Nicolai interpretationem recentioris aetatis multo eruditioribus et latinae linguae peritioribus et circa puritatem ac uenustatem sermonis magis curiosis hominibus adcommodare uoluit. longe enim abest ab horrido illo et barbaro dicendi genere quo usus est Nicolaus. quin etiam praeter perspicuitatem et puritatem uidetur elegantias quasdam uenatus esse. Castellus autem hoc uidetur uoluisse ut nouam et ex graeco haustam suam interpretationem homines crederent. in qua re Nicolai potius quam Incerti uersione usus est quia pleniorem illam et integriorem esse uidit; sed Incertum idem ad auxilium uocauit qui locos obscuros sibi inlustraret et hic illic alia quam Nicolai uerba suppeditaret.

IV.

Rasarium seposueramus quoniam de eius interpretatione non prorsus eadem quaestio erat. scilicet in ipsa inscriptione ille confessus est se non e graeco sed *e uetere tralatione* suam confecisse siue ut ipse dicit librum *restituisse.* nihil igitur quaerendum est nisi quae fuerit illa uetus tralatio ut sciatur num alium hic fontem praeter Nicolaum adierit an eiusdem aquas deriuarit. quod negotium iam nobis suscipiendum est. nam quo tempore uixerit Ioannes Baptista Rasarius et quibus rebus excelluerit Ioecherus aliique uitarum scriptores dixerunt.

Possumus autem breuiter dicere quoniam ualde perspicua est eius interpretationis ratio. scilicet non ex una *uetere tralatione in meliorem statum* ille libellum Galenianum *restituit* sed ex Incerti et Castelli interpretationum particulis quasi tessellatum quoddam opus ita composuit ut tamen in eligendo fortuna potius quam consilio ductus esse uideatur. quae quo facilius ab omnibus intellegerentur fragmentum illud de elephantiacis integrum describendum curauimus. praeterea ad conficiendam demonstrationem adposuimus pauca quaedam sed grauissima.

Sed etiam Nicolaum illi ad manum fuisse paucis sed certissimis indiciis constat. inspexerat eum procul dubio his locis: 41 $_{20}$ ubi cum ex Incerto descripsisset *medicinae partes* in margine haec adposuit: *Vetus tralatio habet empiriae*, *i. experientiae* (cf. p. 9). 50 $_{15}$ ubi cum Inc. haberet *tribonicos*, Cast. *τριβονικούς* (sic) Rasarius *τρίβακας* posuit (Nic. *triuacas*). etiam 65 $_{6}$ uerba quae sunt *insanire permittentes* et *commiserunt* e Nicolao sumpta esse uidentur. praeterea non omnino abhorret a ueritatis specie quae ad 47 $_{27}$ in margine posita sunt: *Plethoricus, legitur in uetere tralatione,* ea ex Nicolai illo exemplari manu scripto deprompta esse ex quo etiam Incertum hanc lectionem hausisse supra suspicati sumus. sed multo tamen probabilius est ipsius Incerti opus

hoc loco *ueterem tralationem* appellari. nam ne in inscriptione quidem uerba illa *e uetere tralatione* ad Nicolaum referenda sunt sed ad tres illas uersiones quas a Rasario adhibitas esse uidemus.

Castelli expilationem cum permulta prodant pauca exhibuisse sufficiet. 38 18 ss. *ipsamet inspectio* est pro *αὐτοψία.* 41 6 *memoria sit quasi sedes in anima quaedam* (cf. p. 15). 45 6 *refrigeratio* (cf. p. 15). In fragmento illo haec e Castello sumpta sunt: 59 1 *ibique aegrum collocant.* 59 3 *messoribus — — faciebant. odorati uini lagena affertur* (Cast. *l. o. u. a.*). 59 14 *quae dura et quasi testacea erat reddita.* dein 59 19—60 5 et 60 9 ss. paene omnia.

Quae secuntur inde a 60 6 ex Incerto pleraque excerpsit. quem ne quis dubitet praecipuum Rasarii fontem fuisse, ipsa XIII capitum diuisio ex illo petita est, translationis uerba autem tam multa ut etiam exempla proferre pigeat. sat erit actum si *Critonem* quoque et *Philistionem* 35 10 receptos esse dixero, item *usum* 51 16 *uersuum* 63 15.

Ceterum ut nulla est huius compilationis auctoritas ita utilitas quoque multo etiam minor quam aut Incerti aut Castelli. nam innumeris fere locis cum mutandi tantum libidine mutaret uel male intellecta frusta priorum coniungeret, sententias prorsus obscurauit, uix semel aut bis e Nicolao illos correxit.

V.

Satis superque dictum esse puto ut omnes intellegant longe praestare ceteris Nicolai interpretationem fide et integritate. Itaque de libelli origine et auctoritate iam pauca adicere placuit. Ackermannus quidem quod inter dubiae fidei libros illum rettulit eius rei causam non repperi ab ipso proditam. eo ductus esse uidetur quod graecum exemplar non uiderat. Baehrius autem in Paulyi Encyclopaedia VI 1 p. 1141 dubitare non uidetur quin sit Galeni liber »περὶ ὑποτυπώσεως ἐμπειρικῆς« (de titulo infra dicetur). item Ga-

takerus et Osannus in Stephani Thesauro ed. Didot. s. u. *αὐτοψία* et *δριμύμωρος* libellum Galeno tribuere uidentur. Contra Rosenbaumius (l. s. supra p. 4) haec habet: *Der Verf. der von Sprengel angeführten Schrift* (huius libelli) *will freilich den Unterschied zwischen distinctio, descriptio und definitio nicht für erheblich anerkennen, allein seine Auktorität ist nicht von Belang, da die Schrift höchst wahrscheinlich ein späteres Machwerk ist und vielleicht niemals in griechischer Sprache geschrieben ist.*

Graece scriptum esse libellum iam nemo opinor dubitabit. a Galeno eundem scriptum esse non habeo qui demonstrem, nec profecto satis mirari queo eorum confidentiam qui librum ullum a certo aliquo homine conscriptum esse ita probari posse arbitrantur ut arithmetici et geometrae sua theoremata comprobant, uel ne nimium dicam ut libri quidam a certis hominibus conscripti non esse probari possunt. at cum satis notum sit et ipsius Galeni testimonio constet inter eius libros unum certe fuisse quo empiricorum doctrina et praecepta adumbrarentur (cf. infra p. 23 s.), cum porro Nicolaus Rheginus homo ut uidetur nec imperitus et probus eius argumenti libellum inter Galeni opera se repperisse et transtulisse testetur, atque ea translatio nobis tradita sit librumque talem repraesentet qualem fere illum a Galeno scriptum fuisse exspectare debebamus, nisi certae causae aderunt alienam originem suspicandi, sine ullo nimiae credulitatis opprobrio Galeni esse eum librum quem nos tenemus non pro certo et comperto at pro ueri simili et credibili habebimus.

Magnum accederet huic fidei nostrae firmamentum si narrationes illas quae leguntur 58 21 ss. ex nostro libello in librum de simpl. med. fac. (XII 312 ss. K) translatas esse credere possemus. nam ibi quin sint ab ipso Galeno positae dubitari non potest. interpolatores enim non solent tam sollerter ea quae in libros inferciunt cum ceteris coniungere et conectere quam hoc loco factum esse censendum esset si quis de interpolatore cogitaret. non solum uerba illa p. 312 ἐν

δὲ καθαίρουσιν — — δίειμι et p. 315 u. 17 s. *ἡ μὲν — — δυνάμεως* dico sed etiam p. 312 *ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας* antecepta et p. 316 u. 1. *αὐτὴν* ad p. 315 u. 18 illud *σάρξ* conueniens (p. 312 *σάρκες* plurali numero praecesserat). At neque ab ipso Galeno ex Subfiguratione repetitum est illud fragmentum neque a Subfigurationis scriptore quisquis fuit in eum librum insertum. immo ibi deprehendimus manifesta interpolationis indicia. quorum primum hoc est quod narrationes illae plane alienae sunt ab opusculi ratione. nam de casu et imitatione uno tantum loco 36 16 ss. dictum est, ibi autem non ut de aliqua re apud empiricos maxime celebrata aut praeter alias ab aduersariis impugnata, sed obiter potius atque ita ut declaratione aut confirmatione nequaquam opus esse uideretur praesertim longo post interuallo in fine totius libri posita ubi partium illarum *τῆς αὐτοψίας* paene obliti esse debebant legentes. cur igitur hac in re a compendiosa relicui libelli uia tam longe scriptor discederet? ad haec ipse respondere fingitur 61 5 ss. at hercule quod responsum, quae causae! ineptissimum eae falsarium produnt. idem facit subitum illud et sine transitionis uinculo factum narrationis initium 58 21. denique ea uerba quae leguntur 61 13 s. *iste quidem sermo* cet. post longam digressionem paene ridicula sunt, statim post quam empiricae rationis expositio ad finem perducta est (qua de re cf. adnot. ad 43 2) aptissime secuntur. euidentissima autem interpolationis uestigia, quibus argumenta alia addere paene superuacaneum erat, inde a 60 25 deprehenduntur. nam praecepta illa ad pharmacopolarum officinas et medicorum singula artificia adcommodata profecto nemo sanus in empiricae sectae subfiguratione posuit sed sine ullo dubio stolidus interpolator ex iis quae in libro de simpl. med. fac. p. 316 K secuntur excerpsit et rationis minime curiosus illic collocauit. cf. p. 317 *ἐπεὶ δ' ἔθος ἡμῖν ἐστιν ὅταν τοὺς καλουμένους ἀρτίσκους θηριακοὺς σκευάζωμεν ἀφαιρεῖν οὐ μόνον τὴν κεφαλὴν αὐτῶν ἀλλὰ καὶ τὴν οὐράν* cum 60 31 ss. item p. 319 *γίγνονται δὲ καὶ οἱ διὰ τῶν ὀπτηθεισῶν ἐχιδνῶν ἅλες ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν εἰς χύτραν καινὴν ἐμβαλλόντων*

ἡμῶν τὰς ἐχίδνας ζώσας ἅμα τοῖς ὑπεστορεσμένοις τε καὶ περικειμένοις αὐταῖς φαρμάκοις cum 60_{28} ss. atque cum uel in simpl. med. libro Galenus digressionem illam de conficiendis pastillis operose excuset (p. 319 K *ἴσως γάρ τις ἡμῖν εὐλόγως ἐγκαλέσει καὶ περὶ τῶν ἀρτίσκων τῆς κατασκευῆς ὡς οὐκ ἐν καιρῷ διελθοῦσιν κτλ.*) quanto magis id in nostro libro facere debebat!

Nunc si quis quaerat quae causa fuerit narrationes illas in librum nostrum inserendi sine dubio eam inueniat 60_{2} ss. cum enim aliquis documenta illa uirtutis theriacae a Galeno ad duo genera casum et imitationem reuocata uidisset, commodissima ea esse exempla eiusdem fere distinctionis quam in Subfiguratione cognouerat arbitratus propere ibi adposuit. id autem iam in graeco libro non in uersione latina factum esse graeci sermonis uestigia in 60_{25} ss. relicta docent. uelut 60_{26} *pharmaco copioso quod per echidnas* 61_{9} *eorum quae secundum artem* al.

Sed quamquam hoc argumento non potest effici ut Galenus libelli nostri scriptor habeatur, nihilo magis in contrariam partem eodem argumento uti licet quasi totus libellus ex eiusmodi pannis Galenianis consutus sit. relicuus enim liber bene dispositus est ut certe uno ore profluxisse uideatur. quod autem multa iisdem fere uerbis in aliis Galeni libris leguntur, ex eo si quis uolet efficere compilatione factum esse nostrum libellum, eadem suspitio in omnes Galeni libros cadet. nemo umquam scriptor tales repetitiones minus cauit. sunt autem inter eiusmodi locos in Subfiguratione hi: 36_{20} ss. cf. de sect. 2 (I 66 K). 45_{12} ss. cf. Therap. VII 2 (X 461 K). 46_{25} s. cf. Therap. XI 12 (X 772 K). 47_{28} ss. cf. de sect. 3 (I 71 K) et 8 (I 89 K). 52_{15} ss. cf. de opt. sect. 14 (I 148 K). 68_{1} s. cf. Therap. I 4 (X 34 K). cf. 54_{16} adnot.

Sunt autem alia pauca quae possint aliquem inducere ut de Galeno auctore dubitet. de quibus breuiter disserendum esse putauimus. Ante omnia audiendus est ipse Galenus de libro suo. ac primum quidem cum in Therap. I 4 (X 31 K) et II 6 (123 s. K) de empirica inuentione se scripsisse, in Subfig. autem (67_{9}) Therapeuticam iam scriptam esse

testatur, hoc tenendum est, non Subfigurationem illis locis significari sed alium librum. dicit enim inuentionem ab experientia profectam eam quam et ipse commendat, non eam quae est sectae empiricae propria, dicitque eiusmodi inuentionis fructus non eius descriptionem; cf. XIII 6 (X 895 s.K). nihil igitur neque hic neque alii eiusmodi loci ad nostram rem pertinent. Maioris momenti hoc est quod de lib. prop. 1 (XIX 12 K) librum qui inscriptus erat *τῆς ἐμπειρικῆς ἀγωγῆς ὑποτύπωσις* dudum a se scriptum esse narrat, certe ante quam iterum Romam ueniret, id quod breui post factum est quam in Asiam redierat annos natus XXXVII (de lib. prop. 2, XIX 16 s. K al.). Therapeutica autem illo tempore non extabat. etenim iam V 12 (X 360 ss. K) magnae illius pestilentiae qua exorta Roma in patriam rediit (de lib. prop. 1 XIX 15 K) initium quasi iam satis remotum memorat (*πρῶτον εἰςβάλλοντα* p. 360 s.), multo autem post tempore totum opus absoluit et edidit (Therap. VII 1, X 456—58 K). Hic aut non esse eundem librum illum ac Subfigurationem nostram aut postmodo uerba illa 67 $_9$ addita esse sumere possumus. neutrum incredibile. certe non est quod a Galeno libellum abiudicare malimus. nam retractatos esse a Galeno quosdam libros ipse testatur non solum de lib. prop. praef. (XIX 11 K) et c. 1 (XIX 12, 13 K) sed quod etiam magis ad rem facit ibid. c. 2 (XIX 17 K) ubi haec leguntur: *τούτων τῶν βιβλίων τῷ τρίτῳ κατὰ τὸ τέλος προςέγραψά τινα τῶν ὑπ' ἐμοῦ προςεξευρισκομένων ἐπαγγελίαν ἔχοντα.* saepe autem ab illo binos uel ternos libros eodem fere argumento et persimilibus titulis conscriptos esse nemo est qui nesciat; et habemus de lib. prop. 9 (XIX 38 K *ὑποτυπώσεις ἐμπειρικαί* quas a duobus librorum Serapionis commentariis Kuehnius in interpretatione saltem recte distinxit) alterum titulum quo alterum quoque librum significari nihil obstat quo minus credamus. scio equidem de librorum inscriptionibus omnino tenenda esse quae Galenus de lib. prop. in prooemio narrat (XIX 10 K) *φίλοις γὰρ ἢ μαθηταῖς ἐδίδοτο* (*τὰ ἐμὰ βυβλία*) *χωρὶς ἐπιγραφῆς* (p. 11) *ἐγὼ δ' ἁπλῶς δοὺς τοῖς μαθηταῖς οὐδὲν*

ἐπέγραψα καὶ διὰ τοῦθ' ὕστερον εἰς πολλοὺς ἀφικομένων ἄλλος ἄλλην ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο. plus tamen aequo inde effecit Iohannes Marquardt qui in Obseruationibus criticis in Claudii Galeni librum περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων p. 3 *Galenum nulli suorum librorum quidquam superscripsisse uideri* ait. Galenus quidem Therap. VII 1 (X 457 K) negat ulli scripto nomen suum se inposuisse, at non omnino quidquam inscripsisse. aliquando et nomen suum et titulum libro inposuit antequam scriptus esset, cf. Artis med. 37 (I 412 K), si modo extrema eius libri uerba ab ipso profecta sunt. Sed quidquid ea de re senties, hoc certum est, non necessario eundem librum c. 1. et c. 9 significari. immo, quamuis neglegenter in ea re Galenus uersatus sit, etiam probabilius uidetur in eodem libro cum duos diuersos inter se titulos memoret etiam duos diuersos inter se libros significari. quod autem ille non item atque is qui est περὶ ἰατρικῆς ἐμπειρίας aliique in catalogo c. 7 ss. iterum positus est, id qua de causa factum sit si quis quaeret non ante responderi poterit quam Galeni de libris propriis liber iis sordibus quibus nunc obrutus iacet purgatus erit. Ceterum ut de inscriptione quaestionem iam absoluamus si ὑποτυπώσεις illas ἐμπειρικὰς recentiorem librum esse sumere licet, eumque esse nostrum libellum, in eo tamen exemplari ex quo Nicolaus eum transtulit ὑποτύπωσιν ἐμπειρικὴν singulari numero inscriptam fuisse crediderim. nam a Nicolao accuratissime ut cetera ita titulum expressum esse merito censebimus.

Sed haec hactenus. ad illud iam accedamus quod Rosenbaumius attingit cum discrimen illud inter *distinctionem definitionem descriptionem* ab empiricis celebratum Subfigurationis scriptori non probari obseruat. Minime si quid uideo ea re libelli auctoritas eleuatur aut eorum sententia refutatur qui Galeno eum tribuunt. sed non satis animaduertit uir doctissimus scriptoris consilium quod ille certe non celauit. scilicet non talem uoluit empiricum loquentem inducere (36 7) quale empiricorum uolgus esset sed eum cuius ipse posset ex parte saltem causam suscipere (67 2 ss.)

itaque finxit eum uirtutibus empiricorum ornatum, liberum ab eorum uitiis (61 $_{18}$ ss. 62 $_{6}$ ss. 64 $_{16}$ ss. al.), quin ipsum insectantem facit uerae empiricae arti maxime contrariam illam *circa nominationes uanagloriam* (46 $_{17}$ s. 48 $_{25}$ ss. 50 $_{26}$) atque cum Platone praecipientem ut *nomina spernantur, rerum certitudo ne neglegatur* (46 $_{25}$ s.), denique huic praecepto ipsum parentem (38 $_{19}$ s. 39 $_{2}$ ss. 41 $_{2}$ ss. $_{28}$ s. al.).

Idem fere respondebitur [si quis eo offensus erit quod in libro de opt. sect. c. 12 ss. (I 132—160 K) Galenus ostendere conatur ἀδύνατα εἶναι τὰ εἰδοποιοῦντα τὴν τῶν ἐμπειρικῶν αἵρεσιν, τήρησιν ἱστορίαν καὶ ὁμοίου μετάβασιν (cf. c. 20, I 161 K), Subfigurationis autem scriptor iisdem rebus artem constitui posse ait. scilicet diuersus est utriusque libri finis. altero ut doceretur quae esset optima et uera secta (c. 7. p. 118 ἵνα τῇ ὑγιεῖ προςθώμεθα) proferenda erant ea argumenta quibus relicuae refutarentur, id quod satis aperte declarat c. 11 (p. 131 K) ἑξῆς τοίνυν — — τὴν ἀντίρρησιν πρὸς ἑκάστην — — ποιησόμεθα. c. 12 (p. 132 K) δεῖ δὲ τὸν ἀντιλέγοντα τοῖς ἐμπειρικοῖς (quisquis est, certe non contradicit nunc ex animo ipse scriptor) κατὰ δύο τρόπους — — ἀποκτᾶσθαι (?). — — πρῶτον τοίνυν ὅτι [καὶ] ἄνευ λόγου [ἀποφαίνειν αὐτὴν ex superiore uersu inlatum] ἀδύνατος ἡ τήρησις διὰ τούτων ἄν τις ἐπιδείξειεν cet. c. 17 (155 K) οὕτω μὲν οὖν ἔστιν ἐπιδεῖξαι ὅτι ἀδύνατος — — μετάβασις. alterius libri cum is esset finis quem ipsum Subfigurationis nomen indicat ut empiricae sectae praecepta breuiter exponerentur, non ut refellerentur, poterat sane ac paene debebat idem scriptor id concedere quod 67 $_{3}$ s. cum grauissima exceptione (*ei qui permittit substantiam totam inuenire*) concessum est, posse artem constitui empirice.

Sed repugnantia iis quae Subfiguratio docet ex duobus Galeni locis proferri posse forsitan quispiam putauerit quos iam dicturus sum: de opt. s. 7 (I 118 K) et in Hipp. de hum. comm. I 7 (XVI 82 K). At illo loco uerba quae sunt θεωρήματα e. q. s. usque ad βοηθημάτων emblema sunt quod ita natum esse suspicor ut aliquis in margine notare coeperit libri quasi indicem quendam: θεωρήματα c. 1 ss. (p. 106 ss.);

ἀναλογισμός c. 10 s. (p. 126 ss.); τήρησις c. 12 s. (p. 132 ss.); ἱστορία c. 14 s. (p. 142 ss.); ὁμοίου μετάβασις c. 16 (p. 150 ss.); ὅτι ἄκριτος ἱστορία οὐ παραδεκτέα c. 14 (p. 144 ubi scilicet Galenus scripserat εἰ μὲν πάντα ἃ ἱστορούμενα λέγουσιν ἀληθῆ ἦν ἄκριτον εἶχεν καλῶς ἂν παραδέχεσθαι τὴν ἱστορίαν et p. 145 u. 2 s. ubi legendumst ὅτι οὐ δεῖ ἄκριτον παραδέχεσθαι τὴν ἱστορίαν), dein alius sed is stipes potius quam homo omnia sectarum illarum communia enumerari arbitratus etiam instrumenta chirurgica et medicamentorum praebendorum modum adiecerit, postremo tota illa ineptiarum congeries in textum inrepserit. De altero autem loco siue Commentariorum illorum aliqua pars siue nulla est Galeni, cuius rei inuestigandae hoc non est tempus, tantum moneo illic siue falsarium siue interpolatorem grassatum esse cuius horrenda stupiditate factum sit ut empiricorum pars uideatur rationem cum experientia coniunxisse. nam grammatica ratione necessario ad τοὺς ἐμπειρικούς referri debet illud παρὰ πᾶσιν (ὡμολόγηται). singularum laciniarum quas ille consuit uerum locum quaerere longum est. illa p. 82 περὶ τούτων οὐκέτι ὁμοίως παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται usque ad συντελεῖν habes de sect. 1 (I 65 K), p. 81 πρὸς γοῦν τὸν ἐρωτήσαντα usque ad p. 82 πολλάκις ὠφελεῖν ea leguntur Therap. I 3 (X 29 K), p. 83 ὁ δὲ διὰ ἐκείνης ad μεθοδικός paucis mutatis Therap. III 1 (X 159 K), p. 83 οὐ μὴν ad εὑρεθῇ ibidem. alia Kuehnius adnotauit (quae reperire non potui) nec tamen manifestam fraudem sensit (cf. eius praef.). Ceterum utroque loco quae in uolgatis libris leguntur non magis cum Subfiguratione quam cum relicuis Galeni scriptis omnibus pugnant. unde etiam sententiarum modo a nobis de iis locis latarum ratio atque causa petenda est.

Paullo longius excucurri quam necesse erat inter peritos ne temere uidear negare quidquam a me inuentum esse quo a Galeno Subfigurationem abiudicare iubeamur. perlustraui equidem quantum potui quaecumque ille de empiricis scripsit quae omnia cum Subfiguratione mire concinunt nec tamen ita congruunt ut in illam transcripta esse credi

debeant. Ac profecto quo saepius et libellum illum et cetera Galeni ad empiricam sectam spectantia scripta, in primis isagogica illa, perlegi eo magis eundem utrorumque auctorem esse mihi persuasum est. quippe idem est argumenta eligendi et conectendi, idem explicandi et narrandi, idem disputandi atque omnino idem dicendi genus. quae res cum non possint singulis locis conferendis satis probari sed eo tantum consilio a me adfirmari debeant ut legentes ipsos ad euoluendum illum libellum inuitem, tamen paucis saltem locis ea adnotaui quae propter ipsam tenuitatem deberent ab eodem scriptore repetita potius quam a falsario subrepta uideri; cf. adnot. ad $35_{4.}$ $36_{4.\,7.}$ $37_{8.}$ $38_{19.\,20.}$ $42_{1.}$ $45_{13.}$ $46_{25.}$ $48_{6.}$ $50_{26.}$ $54_{9.}$ $55_{9.\,11.}$ $56_{7.}$ $60_{31.}$ $61_{20.}$ $64_{4.}$ $65_{1.\,12.\,17.}$ $67_{18.}$ $68_{1.}$ quos locos qui adibit atque etiam qui totum libellum eo animo leget ut dicendi genus num sit Galenianum inquirat, eum meminisse decebit nobis cum graecum librum non teneamus ne tum quidem si Galeni λέξιν aeque ac philologus ille de lib. prop. 1 (XIX 8 K) laudatus saperemus tam promptum fore quam illi fuit iudicium, sed aliquo cum labore eius rei cognitionem coniunctam esse. eum autem qui non refugerint non dubito quin mecum sensuri sint.

VI.

Iis quae hucusque disputauimus haec uidentur effecta esse: librum illum de quo diximus esse Galeni ὑποτυπώσεις ἐμπειρικάς; eius libri latinas tantum interpretationes hodie uolgatas esse; earum unam e graeco haustam solam fide dignam esse; paucas tamen quasdam lectiones etiam ex altera recipiendas esse; translationis illius principis libri manu scripti si reperiantur aliquantum inde fructus sperari posse, plurimum si graecus liber ex alicuius bybliothecae latebris eruatur; eum autem a nullo uisum esse post collationem ad id interpretationis principis exemplar factam quo Incertus usus sit.

Hac tamen de re utpote grauissima pauca debemus porro disputare. etenim si non a se uisum tamen sua aetate superstitem fuisse graecum librum uir ait de Galeno bene meritus Conradus Gesnerus. qui loco illo supra (p. 6.) memorato haec scribit: *Qui uero de subfiguratione empirica inscribitur* (liber), *Graece habetur, quanquam ab incerto translatus.* At his uerbis etsi non utique fidem abrogandam censeo tamen non una de causa num uera sint uementer dubito. praeterquam enim quod Gesnerus ipse (Prolegg. extr.) festinanter illum Nomenclatorem a se conscriptum fatetur nobis quoque perspicuum est ignorasse illum in Galeno res grauissimas; uelut Nicolai interpretationem Subfigurationis, quin etiam Suriani editionem extare ne fando quidem acceperat. nam in Prolegomenon Emblemate II haec posuit: *Opera aliquot Galeni coniuncta uno uolumine Venetiis primum excusa sunt, circa annum MDXI pleraque ex antiqua translatione nimirum Nicolai Rhegii, et aliorum. Meminit huius editionis Leon. Legius. Postea Lutetiae circa an. XXVIII uiri quidam eruditi — — uertere coeperunt* cet. in Nomenclatore autem quae de Nicolao exhibet ea ex Iacobi Syluii libro quem supra memorauimus (p. 5) pleraque descripsit. de Subfiguratione ibi nihil dicit. denique in *Catalogo I siue enumeratione librorum Galeni* solum Incertum Subfigurationis interpretem memorat. Atque illa de re errore aliquo eum deceptum falsa referre eo plus quam probabile fit quod trium illorum quos recensuimus nouorum si dis placet interpretum priores postremus quisque expilauit, graeci exemplaris ab ipsis conlati ne uestigium quidem comparet. atqui neque Iuntas neque Riccum neque adeo ipsum Rasarium incuriae accusare licet. immo quantum potuerunt graeca exempla conquisisse et editionum suarum commodo adhibuisse uidentur. Sed etiam qua re Gesnerus in errorem inductus sit nescio an aperire possimus. scilicet ex operum Galeni elencho siue indice editionibus Iuntinis et Frobenianis praefixo ea hausta esse quae de Innominato illo Gesnerus dicit seruatus idem

librorum ordo prodit. ubi cum ad multorum librorum titulos adnotatum esset eos graece desiderari, ad Subfigurationem id non adpositum esset, eam graece extare arbitratus est. at credidit Io. Bapt. Montanus qui illum indicem confecisse uidetur Incerti uersionem e graeco factam esse; adiecit enim haec uerba: *qui liber olim mendosissime translatus legebatur;* eamque ego putauerim causam fuisse ut graecum interiisse non affirmaret. Ceterum hoc quoque quaerere debemus cur Gesnerus si exploratum illud habuit non aliquo saltem testimonio rem grauissimam et minime notam confirmarit. Quod autem illo loco de multis Galeni libris ab Innominato translatis loquitur qui non sint typis excusi id quoque ex indice illo depromere licuit ubi ad tomum ultimum libros spurios continentem haec adnotata leguntur in ed. Frob. 1562 paullulum mutata ex Iuntinis: *Hoc loco obseruandum, in iisdem translationibus antiquis superesse nihil, quod in hac editione non reperiatur. id quod eo admonemus, ne quem decipiat inscriptionum uarietas. Sunt enim libri aut iidem, uerum aliis titulis insigniti, aut horum partes, aut fragmenta: uelut, Opus quod illis Miamir appellatur, idem est cum eo quod de compositione medicamentorum secundum loca inscribitur* cet. Postremo ne Incertum aliquem librorum illorum omnium antiquum interpretem aut corpus ueterum interpretationum a Gesnero uisum somniet satis intelleget sibi cauendum esse quicumque illos libros uel in transcursu perlustrarit. nam diuersissimos diuersarum aetatum scriptores stili diuersitas prodit. sunt qui ad Nicolai operum speciem proxime accedant. alii latine conscripti esse uidentur. nullus fere Incerti nostri genus dicendi repraesentat, minime omnium is qui in indice incerto interpreti tribuitur qui est de incantatione cet.

Praeter Gesnerum neminem noui qui graecum librum superstitem esse dixerit.

Restat ut de consilio nostro in edendo hoc libello pauca adiciantur.

Totus eram in Epicuri logica siue canonica ex ipsius epistulis e Lucretio Plutarcho ceteris explicanda occupatus cum Hermannus Vsener u. cl. altius eam rem persequendam esse mihi persuasit; nam ut physicam et ethicam ita etiam logicam suam ab aliis illum mutuatum esse. simul miri cuiusdam concentus qui intercedat inter Epicurum et empiricae sectae medicos indicia mihi monstrauit hortatusque est ut horum medicorum praecepta e Galeno ac praecipue ex illo libello quem tum nondum noueram protraherem. prius autem de ipso libello inquirendum esse. quod quo facilius perficerem egregia liberalitate quam ipse aut per amicos collegerat editionum notitiam mecum communicauit. Sed magnam illam ac paene integram ad hunc diem quaestionem quae est de empiricae rationis cum Pyrrhonis et cum Democriti philosophia cognatione eam in aliud tempus reposuimus. fortasse etiam in publicum de ea aliquid nostrum aliquando prodibit nisi Theodorus Gomperzius promisso suo in Studiis Herculaneis I p. XIII dato satisfecerit. is enim ut inceptum suum maturet si hac admonitione effecerimus melius sine dubio de hominibus doctis meriti erimus. Nunc tantummodo iis qui ad quaestionem illam instituendam accedent uiam ex parte munire uoluimus. nam iis Subfiguratio empirica magno certe usui erit. satis rara autem cum sit Suriani editio non solum quae supra disputata sunt publicanda sed ipsam quoque ueram translationem describendam esse duximus. quod inceptum aequi bonique accipiatur quaesumus ignoscaturque quod iustis non instructi copiis — libros dico manu scriptos quos plures olim extitisse ipsi pro-

bauimus neque omnes interiisse certum est, quamquam neque in bybliothecarum catalogis impressis quos ego peruolui plurimos ulli memorantur et Valentinellus u. cl. ad quem Vsenerus eximia erga me benignitate ea de re scripserat ne apud Venetos quidem in Marciana ullum adseruari respondit — suscepimus edendi libelli negotium. quem necesse erat adiceremus ut disputatio nostra intellegeretur. qua si quis ad bybliothecas perscrutandas librumque si poterit e sincerioribus fontibus edendum impulsus erit nos operae pretium fecisse arbitrabimur.

Reperiendi graeci libri si quis non omnem spem abiciendam esse duxerit eum commonefaciendum puto coniecturae quam Curtius Wachsmuthius in ephemeridibus Gottingensibus (gel. Anz. 1871 Fasc. 18 p. 704) proposuit. qui eo quod Nicolaus Subfigurationem uno mense post Historiam philosopham transtulerit quasi ueri simillimum effecisse sibi uidetur utrumque librum in eodem codice a Nicolao lectum esse. de eius coniecturae probabilitate pro se quisque iudicabit. certe eam cognouisse non inutile erit.

Quoniam autem Nicolai sermo perquam barbarus atque adeo multis in locis obscurus est ueriti ne ea re multi deterrerentur in adnotatione nonnulla interpretati sumus cum antea totum librum in graecum retro uertere ausi essemus. sunt autem multa quae primo obtutu perobscura cum uideantur simulac graeca uerba restitueris clara et inlustria fiant.

Nicolai uerba talia dedimus qualia in Suriani editione leguntur nisi quod ex eius margine et ex Incerto eas scripturas recepimus quae uerae uiderentur et ubi sensus postulabat hic illic emendauimus. praeterea secludenda significauimus quae Nicolai translationi addita esse iudicabamus, non quae ipse graeco libro hic illic addidisse uidetur. denique ne nimium laborarent legentes ea mutauimus quae ad orthographicum genus pertinent et compendia scripturae quae sunt in illa editione plurima explicauimus. ubicumque singula uerba mutauimus adnotatum est. hoc loco orthographica quae nimis prolixam reddidissent adnotatio-

nem ac tamen emendaturis scitu utilia erunt comprehendere liceat. *ae* diphthongum ignorat Surianus. praeterea haec constanter scribit: *ystoria, tyriaca phylosophi erophylus ymo ydema yliaca disnia (dyspnoea) minodotus sinthoma citonium.* uariat *chyrugia* et *chirugia*, *diaria* et *dyaria.* pro *η* plerumque habet *i*, pro *ει e* uel *i*. *emperia empericus* constanter, at 39 22 *empirus. h* littera plerumque omissa est praesertim cum prima est uerbi littera: *emorragiante eraclides terapeutice termae;* aliquando abundat: *flebothomare abhominabilis;* pro *ph* plerumque *f* positum est *(flegmone farmaca),* pro *β u* in *triui triuon* cet. litterarum geminatio saepe neglecta est: *agregatio atriti piron comitebat.* contra *promissit commisserunt defficere hii.* constanter scriptum est *diffinitio.* Italorum pronuntiatio in his cognoscitur: *euetica sketicus* (tamen 35 4 *squeptici*) *pronosticus, tia-cia tio-cio* talia sine ulla lege permutata sunt *(nunciatio anuntiatio transicio transitio sinedreuancia). sceu* constanter habet, *miscere* 60 7. *nuncupatonem stipticatone Ascipiadem quocira* euidentes typothetae errores etiam memorare piget. ad idem genus reuoco uerborum scripturam falso continuatam aut diuisam *(indignatione, ab utentes).*

Quo facilius omnes de quattuor libri interpretibus ipsi iudicare possent adiecimus uerba illa libri de simpl. med. fac. XI graeca et Incerti Castelli Rasarii eorundem uerborum ex Subfiguratione interpretationes.

GALENI SVBFIGVRATIO EMPIRICA

NICOLAO RHEGINO INTERPRETE.

GALENI SVBFIGVRATIO EMPIRICA.

Capitulum I prooemiale de intentione Galeni in hoc libro.

Omnes medici qui colunt empiriam sicut et philo- 1 p. 1205 Far.
sophi dicti sceptici eam quae a uiro renuentes nuncupationem a dispositione quae secundum animam deposcunt cognosci. et secundum hoc alios quidem medicos Hippocraticos uel Erasistratios uel Praxagoricos uel Asclepiadicos uel alio tali nomine nominari aiunt, seipsos autem neque Acronios (licet Acron primus praeses fuerit sermonum empiricorum) at uero neque a Timone neque a Philino neque Serapione qui Acrone quidem posteriores, priores uero aliis empiricis facti sunt. hoc igitur supposito communiter omnibus eis certissime utique erit didascalus empiricae haereseos qui cauet in omnibus quaecunque dicit ponere aliquod eorum

2 *Galeni:* ed. princ. *Gal'; Galienus* pro *Galeno* per totam editionem scriptum est.

4 *eam quae:* ita per totum librum pro articulo Graecorum. *a uiro:* ed. pr. *ab Y.* compendio usitato per totam editionem *(Ypocrates)*; ita etiam 65_{12} contra $53_{11.\,18}$. $63_{3.\,11}$. 66_{15} *Hip*. scriptum est. hoc loco in margine est: *al' uiro*, id quod uerum esse patet. ceterum cf. Galen. de lib. prop. 1 (XIX 13 K) *τοὺς ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντας Ἱπποκρατείους ἢ Πραξαγορείους ἢ ὅλως ἀπό τινος ἀνδρός.*

9 *praeses:* ed. pr. *presens*, cf. 61_{15}.

10 *Timone:* ed. pr. *Simone*, cf. supra p. 11 ss. *Philino:* ed. pr. *phylion*, cf. supra p. 11 ss.

quae aestimantur fore indicatiue inuenta. non enim artem medicatiuam indicatione cum experientia constitutam esse uolunt, sicut dicunt omnes dogmatici medici, sed sola experientia eorum quae ut plurimum et similiter inuenta sunt. his igitur attendens mente singulum praedictorum iudica, ostendente me certitudinaliter doctrinam empiricae haereseos qualis quaedam sit. supponatur autem qui dicit omnia quae sunt in hoc libro esse empiricus.

Cap. II declarans unde sumpsit exordium medicatiua secundum empiricos.

2 Medicatiuam artem ab experientia et non ab indicatione dicimus sumpsisse consistentiam. nominamus autem experientiam quidem per se inspectiuam notitiam alicuius, indicationem uero notitiam quae ex rationali assecutione. sensus enim ducit nos ad experientiam, ratio uero ducit dogmaticos ad indicationem. per se inspectiua uero notitia aliquando
p. 1206. quidem automatice fit uidentibus aliquid et uocatur circumincidentia, aliquando autem fit et autoschediantibus uel imitantibus aliquod eorum quae uiderunt, automaticis dictis his quae a fortuna uel a natura fiunt; a fortuna quidem uelut si aliquem posteriora capitis dolentem contingat cadere et incisa ea quae in fronte uena recta et sanguine effuso iuuari, a natura uero siue naturaliter sicut in haemorrhagiante per nares et deinde infebriente effecto. autoschedia uero experientia fit sicut si iuuatur propter deside-

1 *aestimantur:* ed. pr. *extimantur* 40_{10} *estimat* 52_{27} al. *extimat.* *fore:* pro *εὑρῆσθαι* uidetur *εὑρήσεσθαι* legisse (non dico scriptum fuisse.)

2 *constitutam:* ed. pr. *constituta.*

4 *inuenta sunt:* pro *ἑωραμένων* uidetur *εὑρημένων* legisse, cf. de opt. s. 11 (I 131 K) al.

5 *praedictorum:* *τῶν εἰρημένων* (scil. in libro Subfig.).

7 *qualis:* ed. pr. *quali* (*ὁποία τις* cf. I 85. X 946. XIV 607 K al.).

17 *automatice*: ed. pr. *antomatice,* item 36_{19}. 38_{10}.

18 *autoschediantibus:* ed. pr. *a proscediantibus,* item 36_{24}. 38_{10}.

rium uel bibendo aquam frigidam uel comedendo malum granatum aut pirum aut quid tale aliud, uel si morsus in monte ab aliqua fera aduenit ei hanc herbam apponere et abinde iuuari. imitatiuam autem experientiam in eis quae ita apparent facimus et in eis quae bis aut ter aut multotiens quidem, non tamen ita multotiens apparent ut sit possibile dicere utrum semper sequatur hoc ad hoc adducto uel apparente aut ut plurimum aut utrolibet aut raro. tribica uero idest erudita experientia artificibus sola fit secundum similitudinem aliquam eorum quae ex empiria sunt inuenta. empiriam autem dicimus notitiam eorum quae ita multotiens apparuerunt ut iam theorematica sit idest ut sciatur utrum semper aut ut plurimum aut secundum utrumlibet aut raro euenerunt. quatuor enim sunt hae theorematicae differentiae. quocirca et dicemus esse theorema rei alicuius uisae multotiens notitiam simul cum distinguendo euentum qui est secundum contrarium. distinctio uero erit eius quidem quod semper ut inapparibile habentis contrarium, eius uero quod ut plurimum ut apparente quidem eo p. 1207.
quod contrarium est sed raro, eius uero quod secundum utrumlibet ut aequaliter apparente, eius quod raro eo quod

1 *comedendo:* ed. pr. *comendo.*

2 *pirum:* ed. pr. *purum.*

3 *hanc:* *τοιόνδε* (I 69K) cf. 39_{24}. Inc. *quaecunque sibi fuerit oblata.*

5 *ita:* Inc. Cast. *semel*, falsa coniectura ut mihi quidem uidetur. nam *ita* ad 36_{20}ss. respicit, *bis ter multotiens* de iis dicta sunt quae iam antea imitatione apparuerunt. hoc enim uult Galenus: imitatiua experientia est non solum eorum quae *automatice* uel *autosch.* (h. e. *ita*) apparuerunt, id quod non plus semel fieri consentaneum est, sed etiam eorum quae bis uel ter uel saepe facta sunt, modo non totiens ut theorematica eorum habeatur notitia 37_{11} ss.; cf. de sect. 2 (I 67 K). *utrolibet:* *ἀμφιδόξως* (I 273 K).

9 *idest erudita:* Nicolai interpretatio, cf. 39_{15}. $42_{5. 6. 24}$. 53_{24}. 55_{6}. 63_{1}. $65_{21. 22}$. 67_{15}. *sola:* *μόνον* h. e. solis artificibus.

21 *eo quod:* anacoluthon Galeni qui *τῷ οὐ ποτὲ ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (τὸ ἐναντίον πεφάνθαι)* posuerat pro his: *ὡς οὐ ποτὲ — — (τοῦ ἐναντίου φανέντος).*

non aliquando sed ut plurimum. ea uero de quibus non habemus talem distinctionem inordinata dicimus et notitiam quae de eis non esse penitus partem empiriae. uocauit autem huiusmodi empiriam Menodotus empiriam secundum particulam incompositam existentem ex aliis particularibus empiriis, et propterea primam et simplicissimam eam dixit esse.

Cap. III notificans ea per quae acquiruntur partes medicatiuae sicut est per se inspectio historia similis transitio imitatio obseruatio tribica automatica autoschedia. non tamen tanguntur omnia ista hic sed aliqua ex eis.

Sicut autem ex pluribus empiriis componitur tota ars, ita rursus singula huiusmodi empiriarum ex multis empiriis. hoc autem, scilicet ex quot, indeterminabile est et subincidit in ambiguam rationem quam quidam nominant soriticam. dictum est autem amplius de ea in alio libro qui intitulatur de medicinali empiria. apud antiquos quidem igitur Graecos hoc, scilicet per se inspectorem, uidi quidem scriptum, per se inspectionem non uidi. nos uero sicut in aliis ita et in his cognominantes dicimus per se inspectionem. operatio quaedam uero et non notitia fiet per se inspectori. sed assueuerunt anteriores empirici non operatio-

1 ss. cf. Serm. adu. Emp. qui in Iunt. Frob. Chart. post Subfig. habetur, ed. Frob. 1562 p. 70 G et H.

4 *empiriam s. p.* cet.: *κατὰ μόριον ἐμπειρίαν ἀσύνθετον ὑπάρχουσαν κτλ.*

13 *huiusmodi:* ex qualibus tota ars componitur.

14 *hoc* cet.: *τὸ δὲ ἐκ πόσων ἀδιόριστόν ἐστιν.* cf. 38 18. 39 7. 42 2. 48 25. 49 5. 23. 62 10. ubi ed. pr. *h'* compendium plerumque habet quo modo *hoc* modo *haec* significatur.

16 *in alio libro:* cf. de lib. prop. 2 (XIX 16 K) 9 (XIX 38 K) Ars med. 37 (I 411 K).

18 *Graecos:* cf. h. u. in indice. Therap. I 5 (X 42 K) 9 (X 71 K) Ars med. 1 (I 307 K) de sympt. diff. 1 (VII 45 s. K.) al.; supra p. 4.

19 *sicut in aliis* cet.: cf. 44 29 ss.; X 947 K *ὥςπερ ἀεὶ — — οὕτω καὶ νῦν.*

nem solam sed etiam notitiam dicere per se inspectionem, et quod plus est adhuc empiriam ipsam ita nominant. et nos etiam similiter utemur his nominationibus, et dicemus per se inspectionem non solum omnem notionem eius quod apparet sed etiam empiriam quae ex multis talibus aceruata est. assueuerunt autem nescio quare nomen obseruationis dicere impar huic, scilicet notitiae et memorationi eorum quae inuenta sunt. et propterea et Theodes dixit quod partes medicatiuae per quas ut plurimum adipiscimur finem per empiriam nobis acquiruntur, quae per per se inspectionem et histo- p. 1208.
riam fit et transitionem quae secundum conuenientiam; deinde consequenter definiens empiriam quae nihil differt a per se inspectione ait: empiria quidem igitur dicitur tota eius quod apparuit obseruatio, pro memoratione et notitia dicens obseruationem, quod et conseruatio nominatur, quae est actus eius quod obseruat, indicante hac nuncupatione non proprie dictam memorationem aut notitiam. his quidem igitur uocabulis non sunt usi secundum consuetudinem Graecorum, nomine uero tribes sicut illi; eam enim quae in operationibus exercitationem empiriae triben nominant. a qua et tribon a Graecis uocatur qui hac participauit, sicut et empirus qui habet empiriam. empiricum enim non assueuerunt uocare Graeci. sed qui constituerunt empiriam se ipsos empiricos quidem, empiriam uero non solum huius

3 *utemur:* om. ed. pr., add. Cast.

7 *impar:* puto *in par* positum a Nicolao (*ἐπ' ἴσον* siue *ἔπισον*); cf. 39_{14} 8. *huic, scilicet:* cf. 38_{14} adnot.

8 cf. 40_{21}.

12 *differt:* ed. pr. *differ*.

15 *quod et conseruatio nominatur:* Nicolai additamentum quo alterum uerbi quod est *τήρησις* sententiam reddere uoluit. cf. 37_{9} adnot.

16 *eius quod obseruat:* *τοῦ τηροῦντος*. nisi *qui* legendumst.

16 *indicante:* scil. apud ceteros. *τηρήσεως* nomen memoriae et notitiae speciem quandam indicat sed non proprie dictam.

19 *tribes:* ed. pr. *triuos* pro *triuis* (recte Inc. Cast.).

24 *huius:* cf. 37_{3} adnot. 51_{24}.

GALENI SVBFIGVRATIO EMPIRICA.

Capitulum I prooemiale de intentione Galeni in hoc libro.

Omnes medici qui colunt empiriam sicut et philo- 1 p. 1205 Far. sophi dicti sceptici eam quae a uiro renuentes nuncupationem a dispositione quae secundum animam deposcunt cognosci. et secundum hoc alios quidem medicos Hippocraticos uel Erasistratios uel Praxagoricos uel Asclepiadicos uel alio tali nomine nominari aiunt, seipsos autem neque Acronios (licet Acron primus praeses fuerit sermonum empiricorum) at uero neque a Timone neque a Philino neque Serapione qui Acrone quidem posteriores, priores uero aliis empiricis facti sunt. hoc igitur supposito communiter omnibus eis certissime utique erit didascalus empiricae haereseos qui cauet in omnibus quaecunque dicit ponere aliquod eorum

2 *Galeni:* ed. princ. *Gal'; Galienus* pro *Galeno* per totam editionem scriptum est.

4 *eam quae:* ita per totum librum pro articulo Graecorum. *a uiro:* ed. pr. *ab Y.* compendio usitato per totam editionem *(Ypocrates)*; ita etiam 65 12 contra 53 11. 13. 63 3. 11. 66 15 *Hip.* scriptum est. hoc loco in margine est: *al' uiro,* id quod uerum esse patet. ceterum cf. Galen. de lib. prop. 1 (XIX 13 K) τοὺς ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντας Ἱπποκρατείους ἢ Πραξαγορείους ἢ ὅλως ἀπό τινος ἀνδρός.

9 *praeses:* ed. pr. *presens,* cf. 61 15.

10 *Timone:* ed. pr. *Simone,* cf. supra p. 11 ss. *Philino:* ed. pr. *phylion,* cf. supra p. 11 ss.

quae aestimantur fore indicatiue inuenta. non enim artem medicatiuam indicatione cum experientia constitutam esse uolunt, sicut dicunt omnes dogmatici medici, sed sola experientia eorum quae ut plurimum et similiter inuenta sunt. his igitur attendens mente singulum praedictorum iudica, ostendente me certitudinaliter doctrinam empiricae haereseos qualis quaedam sit. supponatur autem qui dicit omnia quae sunt in hoc libro esse empiricus.

Cap. II declarans unde sumpsit exordium medicatiua secundum empiricos.

2 Medicatiuam artem ab experientia et non ab indicatione dicimus sumpsisse consistentiam. nominamus autem experientiam quidem per se inspectiuam notitiam alicuius, indicationem uero notitiam quae ex rationali assecutione. sensus enim ducit nos ad experientiam, ratio uero ducit dogmaticos ad indicationem. per se inspectiua uero notitia aliquando
p. 1206. quidem automatice fit uidentibus aliquid et uocatur circumincidentia, aliquando autem fit et autoschediantibus uel imitantibus aliquod eorum quae uiderunt, automaticis dictis his quae a fortuna uel a natura fiunt; a fortuna quidem uelut si aliquem posteriora capitis dolentem contingat cadere et incisa ea quae in fronte uena recta et sanguine effuso iuuari, a natura uero siue naturaliter sicut in haemorrhagiante per nares et deinde infebriente effecto. autoschedia uero experientia fit sicut si iuuatur propter deside-

1 *aestimantur:* ed. pr. *extimantur* 40 10 *estimat* 52 27 al. *extimat.* *fore:* pro *εὑρῆσθαι* uidetur *εὑρήσεσθαι* legisse (non dico scriptum fuisse.)

2 *constitutam:* ed. pr. *constituta.*

4 *inuenta sunt:* pro *ἑωραμένων* uidetur *εὑρημένων* legisse, cf. de opt. s. 11 (I 131 K) al.

5 *praedictorum:* *τῶν εἰρημένων* (scil. in libro Subfig.).

7 *qualis:* ed. pr. *quali* (*ὁποία τις* cf. I 85. X 946. XIV 607 K al.).

17 *automatice*: ed. pr. *antomatice*, item 36 19. 38 10.

18 *autoschediantibus:* ed. pr. *a proscediantibus*, item 36 24. 38 10.

rium uel bibendo aquam frigidam uel comedendo malum granatum aut pirum aut quid tale aliud, uel si morsus in monte ab aliqua fera aduenit ei hanc herbam apponere et abinde iuuari. imitatiuam autem experientiam in eis quae ita apparent facimus et in eis quae bis aut ter aut multotiens quidem, non tamen ita multotiens apparent ut sit possibile dicere utrum semper sequatur hoc ad hoc adducto uel apparente aut ut plurimum aut utrolibet aut raro. tribica uero idest erudita experientia artificibus sola fit secundum similitudinem aliquam eorum quae ex empiria sunt inuenta. empiriam autem dicimus notitiam eorum quae ita multotiens apparuerunt ut iam theorematica sit idest ut sciatur utrum semper aut ut plurimum aut secundum utrumlibet aut raro euenerunt. quatuor enim sunt hae theorematicae differentiae. quocirca et dicemus esse theorema rei alicuius uisae multotiens notitiam simul cum distinguendo euentum qui est secundum contrarium. distinctio uero erit eius quidem quod semper ut inapparibile habentis contrarium, eius uero quod ut plurimum ut apparente quidem eo p. 1207. quod contrarium est sed raro, eius uero quod secundum utrumlibet ut aequaliter apparente, eius quod raro eo quod

1 *comedendo:* ed. pr. *comendo.*

2 *pirum:* ed. pr. *purum.*

3 *hanc:* *τοιόνδε* (I 69 K) cf. 39_{24}. Inc. *quaecunque sibi fuerit oblata.*

5 *ita:* Inc. Cast. *semel,* falsa coniectura ut mihi quidem uidetur. nam *ita* ad 36_{20}ss. respicit, *bis ter multotiens* de iis dicta sunt quae iam antea imitatione apparuerunt. hoc enim uult Galenus: imitatiua experientia est non solum eorum quae *automatice* uel *autosch.* (h. e. *ita*) apparuerunt, id quod non plus semel fieri consentaneum est, sed etiam eorum quae bis uel ter uel saepe facta sunt, modo non totiens ut theorematica eorum habeatur notitia 37_{11} ss.; cf. de sect. 2 (I 67 K). *utrolibet:* *ἀμφιδόξως* (I 273 K).

9 *idest erudita:* Nicolai interpretatio, cf. 39_{15}. 42_{5}. $_{6}$. $_{24}$. 53_{24}. 55_{6}. 63_{1}. 65_{21}. $_{22}$. 67_{15}. *sola:* *μόνον* h. e. solis artificibus.

21 *eo quod:* anacoluthon Galeni qui *τῷ οὐ ποτὲ ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ* (*τὸ ἐναντίον πεφάνθαι*) posuerat pro his: *ὡς οὐ ποτὲ* — — (*τοῦ ἐναντίου φανέντος*).

non aliquando sed ut plurimum. ea uero de quibus non habemus talem distinctionem inordinata dicimus et notitiam quae de eis non esse penitus partem empiriae. uocauit autem huiusmodi empiriam Menodotus empiriam secundum particulam incompositam existentem ex aliis particularibus empiriis, et propterea primam et simplicissimam eam dixit esse.

Cap. III notificans ea per quae acquiruntur partes medicatiuae sicut est per se inspectio historia similis transitio imitatio obseruatio tribica automatica autoschedia. non tamen tanguntur omnia ista hic sed aliqua ex eis.

Sicut autem ex pluribus empiriis componitur tota ars, ita rursus singula huiusmodi empiriarum ex multis empiriis. hoc autem, scilicet ex quot, indeterminabile est et subincidit in ambiguam rationem quam quidam nominant soriticam. dictum est autem amplius de ea in alio libro qui intitulatur de medicinali empiria. apud antiquos quidem igitur Graecos hoc, scilicet per se inspectorem, uidi quidem scriptum, per se inspectionem non uidi. nos uero sicut in aliis ita et in his cognominantes dicimus per se inspectionem. operatio quaedam uero et non notitia fiet per se inspectori. sed assueuerunt anteriores empirici non operatio-

1 ss. cf. Serm. adu. Emp. qui in Iunt. Frob. Chart. post Subfig. habetur, ed. Frob. 1562 p. 70 G et H.

4 *empiriam s. p.* cet.: *κατὰ μόριον ἐμπειρίαν ἀσύνθετον ὑπάρχουσαν κτλ.*

13 *huiusmodi:* ex qualibus tota ars componitur.

14 *hoc* cet.: *τὸ δὲ ἐκ πόσων ἀδιόριστόν ἐστιν.* cf. 38 18. 39 7. 42 2. 48 25. 49 5. 23. 62 10. ubi ed. pr. *h'* compendium plerumque habet quo modo *hoc* modo *haec* significatur.

16 *in alio libro:* cf. de lib. prop. 2 (XIX 16 K) 9 (XIX 38 K) Ars med. 37 (I 411 K).

18 *Graecos:* cf. h. u. in indice. Therap. I 5 (X 42 K) 9 (X 71 K) Ars med. 1 (I 307 K) de sympt. diff. 1 (VII 45 s. K.) al.; supra p. 4.

19 *sicut in aliis* cet.: cf. 44 29 ss.; X 947 K *ὥσπερ ἀεὶ — — οὕτω καὶ νῦν.*

nem solam sed etiam notitiam dicere per se inspectionem, et quod plus est adhuc empiriam ipsam ita nominant. et nos etiam similiter utemur his nominationibus, et dicemus per se inspectionem non solum omnem notionem eius quod apparet sed etiam empiriam quae ex multis talibus aceruata est. assueuerunt autem nescio quare nomen obseruationis dicere impar huic, scilicet notitiae et memorationi eorum quae inuenta sunt. et propterea et Theodes dixit quod partes medicatiuae per quas ut plurimum adipiscimur finem per empiriam nobis acquiruntur, quae per per se inspectionem et histo- p. 1208.
riam fit et transitionem quae secundum conuenientiam; deinde consequenter definiens empiriam quae nihil differt a per se inspectione ait: empiria quidem igitur dicitur tota eius quod apparuit obseruatio, pro memoratione et notitia dicens obseruationem, quod et conseruatio nominatur, quae est actus eius quod obseruat, indicante hac nuncupatione non proprie dictam memorationem aut notitiam. his quidem igitur uocabulis non sunt usi secundum consuetudinem Graecorum, nomine uero tribes sicut illi; eam enim quae in operationibus exercitationem empiriae triben nominant. a qua et tribon a Graecis uocatur qui hac participauit, sicut et empirus qui habet empiriam. empiricum enim non assueuerunt uocare Graeci. sed qui constituerunt empiriam se ipsos empiricos quidem, empiriam uero non solum huius

3 *utemur:* om. ed. pr., add. Cast.

7 *impar:* puto *in par* positum a Nicolao (*ἐπ' ἴσον* siue *ἔπισον*); cf. 39_{14} s. *huic, scilicet:* cf. 38_{14} adnot.

8 cf. 40_{21}.

12 *differt:* ed. pr. *differ*.

15 *quod et conseruatio nominatur:* Nicolai additamentum quo alterum uerbi quod est *τήρησις* sententiam reddere uoluit. cf. 37_{9} adnot.

16 *eius quod obseruat:* *τοῦ τηροῦντος*. nisi *qui* legendumst.

16 *indicante:* scil. apud ceteros. *τηρήσεως* nomen memoriae et notitiae speciem quandam indicat sed non proprie dictam.

19 *tribes:* ed. pr. *triuos* pro *triuis* (recte Inc. Cast.).

24 *huius:* cf. 37_{8} adnot. 51_{24}.

unius theorematis notitiam sed totam medicatiuam nominant, quam ex per se inspectiua empiria consistere aiunt quam nominant per se inspectionem et cum illa ex historia et similis transitione; historiam quidem dicentes annuntiationem per se inspectionis, similis uero transitionem uiam ad tribicam empiriam per similitudinem eorum quae per experientiam scita sunt.

Cap. quartum, de similis transitione et de historia per modum inquisitionis et de descriptione empiriae.

3 Iunt. Valgris. Froben. 1562. Quaesitum autem est si, et Serapio aestimat tertiam partem esse constitutiuam totius medicatiuae similis transitionem. quod non docuit Menodotus sed utitur solummodo ea; non est autem idem uti et ut parte uti. et nimirum neque uti transitione illa temptat ostendere Pyrrhonius Cassius qui unum integrum de hoc scripsit librum. melius autem fecit Theudas rationabilem experientiam dicens esse p. 1209. uiam eam quae per similitudinem. alii autem quidam uelut organum eam esse dixerunt. melius autem est fortasse et historiam dicere uelut organum esse et non partem medicatiuae; similiter autem et obseruationem quam uelut operationem dixi dici. propterea igitur ut mihi uidetur et Theudas de eis ita scripsit: partes autem medicatiuae per quas adipiscimur finem per empiriam nobis adueniunt, quae per se inspectionem fit et historiam et transitionem eam quae fit secundum conueniens. per hoc enim ait obtineri partes medicatiuae, alias quidem existentes uidelicet, communiter autem uniuersas memorationes existentes. et propter

Cap. IV *de descriptione:* ed. pr. *de scriptione.*

10 cf. supra p. 9. anacoluthon uidetur Nicolai, fort. Galeni.

12 *quod:* ed. pr. *quid.*

14 *uti:* num *uti oportere?* ed. pr. *pironius casius.*

20 *uelut:* fort. expungendum, cf. 54_{10}. adnot. et 40_{19} *(uelut org.).* fort. *melius* scribendum.

21 *dixi:* ed. pr. *dixit;* cf. 38_{21}.

21 ss. cf. 39_{8}.

26 *alias:* scil. quam haec tria.

hoc melius utique quis describet empiriam memoriam eorum quae multotiens et eodem modo uisa sunt. si uero et obseruationem pro memoria dicat quis, erit et ita empiria eorum quae multotiens uisa sunt obseruatio. si uero obseruatio quidem de operatione dicatur, sicut et dicunt Graeci, memoria uero pro mansione in anima eorum quae uisa sunt, licet ambo comprehendendo dicere empiriam esse eorum quae multotiens et similiter uisa sunt obseruationem et memorationem, uel dicere solam memorationem; continetur enim obseruatio in ea eo quod non possumus memorari similiter eorum quae multotiens uisa sunt nisi obseruationem aliquam faciamus ipsorum.

Cap. quintum, de partibus medicatiuae secundum empiricos; et sunt tres, signatiua curatiua et sanatiua.

De his igitur putaui bonum esse dicere in descriptione 4 I. V. 3 Froben. 1549.
compendiosa. Theudas autem totius medicinae ponebat partes signatiuam et curatiuam et uocatam sanatiuam. ea p. 1210.
autem ex quibus nobis haec acquiruntur per se inspectionem esse ait et historiam et similis transitionem. et propter hoc illi qui nominant eas partes totius empiriae non nominant eas absque additione dicendo eas simpliciter partes, sed partes constitutiuas idest constituentes totam medicatiuam, cuius quidem partes finales signatiuam et curatiuam esse aiunt et sanatiuam, contradiuidentes finales constitutiuis. non sunt autem illae partes apud eos qui bene determinare uolunt, sed operationes quaedam medicorum; sed notitia quae in anima secundum quam medicus signat et curat et prouidet de sanis illa est pars medicatiuae. sed multotiens ita dicunt illi abutentes, et nos ita dicimus, scilicet quod sunt partes totius medicatiuae illae, scilicet signatiua curatiua et sanatiua. signatiuae quidem igitur dignotio praesentium et praecognitio futurorum sunt particulae; curatiuae

20 *empiriae:* Inc. *medicinae;* recte, cf. quae secuntur et 41 30; supra p. 9. 15. 18. sed potuit iam Nicolai graecus liber interpolatus esse; cf. 45 20. 47 27 adnot.

uero chirurgia diaeta et pharmacia, memorantibus nobis et hoc, quoniam eisdem nominibus nominant operationes et scientias quibus operamur. sanatiuam uero quidam quippe custodiunt indiuisam, quidam autem diuidunt in sanatiuam quae secundum speciem et in euhecticam; quidam uero et praecustoditiuam et resumptiuam et gerocomicam idest senum educatiuam addiderunt. sunt autem alii qui totius quidem medicatiuae dicunt illas esse particulas, fieri autem ex incisione neutrorum (quae esse uolunt tria, haec autem sunt corpora et causae et signa) praeter sanatiua et aegro-
p. 1211. tatiua. et Herophilus ita ponebat, totam medicatiuam dicens scientiam esse sanorum et neutrorum et aegrorum. sunt autem utique et in signis et in causis neutra. secundum hanc ita diuisionem consequens est nobis custodiendo empiricam ductionem eius incidere, ut possimus aptius docere quod inciditur. non tamen prohibeo eos qui aliter incidunt si ex incisione eorum nulla relinquatur artis particula. propterea et Theudas in principio doctrinae partium ita dicit: partes autem eius dicendum est esse suscipientes et incisionem ad alia, signatiuam et curatiuam et dictam sanatiuam. non igitur est adhuc mirabile si aliqui quidem duas rationes dixerunt esse empiriae, alii uero tres, alii autem quatuor, alii autem quinque. dicunt enim ipsi non esse discordantiam hoc sed diuersitatem uerborum, ac si

1 *nobis:* eiusmodi gen. abs. 46_5 s. et I 83. 119. 317. 319. XII 319 K. al.

2 *hoc:* cf. 38_{14} adnot.; fort. tamen *hic* legendumst coll. 38_{22} *(quoniam ὅτι).*

5 *euhecticam:* Inc. *id est boni affectus effectricem.* aliquid eiusmodi apud Nicolaum olim legi facile crediderim, cf. 42_6 cet.

6 *gerocom.:* ed. pr. *cirocomicam.* *idest* cet.: cf. 37_9 adnot.

14 *ita:* num *itaque?* cf. 50_3 *(si itaque).*

15 *eius:* non intellego; certe abundat *(ductio* est ἀγωγή, cf. 61_{19} *custodit haeresin).*

24 *ac si dicerent* cet.: cf. 37_9 adnot.

dicerent diuersorum uerborum doctrinam. sed quae quidem est quae ad rationes incisio parum post dicetur.

Cap. VI in quo notificans prius aegritudinem et symptomata agit de distinctione seu determinatione specificando se in constitutiuis partibus medicatiuae quae sunt diagnostica prognostica et curatiua.

De constitutiuis autem partibus medicatiuae rursus 5 I. V. 4 F. dicamus quaecunque quidem nondum dicta sunt; sunt autem utilissima omnium. nominauit enim se obseruatiuus medicus empiricum et totam artem empiriam. facta fuit autem ab eo obseruatio iuuantium et nocentium in primis quidem temporibus ut est decens non in utilibus solum sed etiam in inutilibus; in longo uero tempore usque nunc multis permulta obseruantibus inuenta sunt multa frustra esse obseruata; et propter hanc causam historia est nunc utilissima sicut prius per se inspectio. obseruatus enim est color uestimentorum inutilis quidem esse in multis passionibus, utilis uero in paucis. ei enim qui patitur ophthalmiam utilis quidem est color cyanus et uiridis et niger, contrariissimus uero albus et splendidus, in medio uero utrorumque alii. secundum eundem autem modum obseruatus est p. 1212. color quidem rubeus exacerbans spuentes sanguinem, in aliis

2 *parum post:* nusquam reperies. unde colligere debemus post 58 21 aliquam commentationis partem narrationibus illis inlatis intercidisse. noli tamen putare totam medicinam ibi tractatam fuisse in eas *rationes* (h. e. λόγους) *incisam* quas 42 13 ss. empiricis sequendas esse dixit. nam praeterquam quod unius libri fines id longe excederet, 61 13 eum tantummodo *sermonem* qui sit *proprius empiricae medicatiuae* a se expositum esse dicit. sola autem inuentione siue artis constitutione empiricos a dogmaticis differre fatetur Galenus de sect. 4 (I 72 8 K) cf. de opt. sect. 20 (I 161 K) neque in ceteris libris quos de sectis scripsit aliud quam *constitutiuas* illas (41 22) *medicinae partes* attigit de quibus etiam 43 9 *utilissima omnium* sibi dicenda esse ait.

18 ed. pr. *obtalmiam.*

19 ed. pr. *kianus.*

21 *eundem:* om. ed. pr.; cf. 49 3. 52 21. 57 14.

uero passionibus et symptomatibus inutilis et superfluus est obseruatio ipse enim: sicut et mensam esse eburneam uel ligneam aut collum aureum uel argenteum uel uitreum; neque enim sanatiuum est aliquod horum neque aegrotatiuum sed neutrum et superfluum. non tamen quod abominabilem odorem exhibet uel nociuum. superfluum est aut neutrum ut ad sanitatem. euertunt enim ea quae sunt fetida appetitiuam uirtutem et digestiuam. nocent autem eis ea quae sunt fortia qualitatibus sicut cypressus aegirus pyxus nux, et maxime cum fuerit recens. quocirca et lectum et portam et quodcumque uas de genere talis ligni fugimus, et similiter omnem odorem caput replentem uel appetitum euertentem uel quid tale aliud operantem. sicut enim quod iuuat utile est eligere, ita fugere quod nocet, neutrum autem
5 r. neque eligendum neque fugiendum est. et propterea necessarium est medicum scitorem esse harum rerum, scilicet sanatiuarum aegrotatiuarum et neutrarum non causarum solum sed corporum et signorum. scientiam autem dicere habere uel notitiam nihil differt, sicut neque artificem esse aut scitorem, uel artem aut scientiam addiscere. non differt etiam dicere aegritudinem uel passionem esse phlegmonen si ita contingit. symptoma autem differt eo quod simplex et unum existit et non compositum aut aggregatum ex multis. lateris enim dolor symptoma est, similiter autem et tussis et sputum sanguineum uel subcitrinum uel liuidum; non minus autem his dyspnoea est symptoma, sicut et calor praeter naturam. aggregatio uero quae est ex omnibus aegritudo et passio nominatur a Graecis, ita autem et langor et infirmitas. utimur autem nominibus maxime quidem si

2 *ipse: idem* uel *iste* uidetur legendum esse.

3 *collum: collus, urceus bibendi, uel napus.* Matth. Siluaticus. (Ducang.)

9 *pyxus:* cd. pr. *buxusa;* in marg. *al' pixus,* quae est sine dubio Nicolai manus (cf. *egirus* et plurima alia graeca).

29 cf. 38 18 adnot., supra p. 4; Inc. (c. 5) *nominibus tamen utemur, quoad eius fieri poterit, apud Latinos quam maxime consuetis.*

possibile fuerit secundum Graecorum consuetudinem, si uero ignoratur haec secundum placitum quod adinuicem. sufficiet 6 L.V. p. 1213. igitur quantum ad loquendum aperte adinuicem uel ad docendum et doceri symptoma quidem nominari simpliciter unum aliquod eorum quae praeter naturam, sicut colorem uel tumorem uel inflammationem uel dyspnoeam uel infrigidationem uel dolorem uel tussim; passionem uero et aegritudinem concursum qui ex his. nominauerunt enim ita eam uniuersi empirici qui ante nos, non quamcunque aceruationem symptomatum ita nominantes, sed quando fiunt simul circa corpus laborantis et augmentationem simul accipiunt et statum et declinationem et solutionem. itaque et gratia compendiosae doctrinae unum aliquod nomen posuerunt secundum unumquemque concursum, alium ab alio denominantes eorum quae in ipso, sicut exempli gratia a patienti quidem particula pleuresin et peripleumoniam, ab aliquo uero symptomate phlegmonen et phrenesin; aliquando uero et a similitudine, sicut elephantem et cancrum; aliquando autem ipsimet faciunt totum nomen sicut in oedemate et scirrho. eas quidem igitur passionum quae simul fiunt et coaugentur et simul sunt in statu et condeclinant et cessant simul coinuadentia nominant; quae uero ut plurimum, [sint] synhedreuantia. ac etiam ipsorum concursuum alii quidem passionem dignoscunt quos diagnosticos uocant, alii uero ea

3 *ad docendum et doceri:* *πρὸς τὸ διδάσκειν τε καὶ διδάσκεσθαι.*

5 *colorem:* cf. supra p. 10.

6 *infrigidationem:* cf. et supra p. 10. 15. 19.

8 *eam:* *τὴν συνδρομήν.* latine debebat *eum.*

13 *nomen posuerunt* cet.: cf. Therap. II 2 (X 81 ss. K) VII 2 (X 461 K ubi *ἕνεκα διδασκαλίας συντόμου* cf. I 143 K *συντόμου ἕνεκα παραδόσεως*).

20 *passionum:* Inc. *symptomatum;* recte, cf. supra p. 9; in libro graeco fuisse putauerim *τὰ ἅμα γιγνόμενα κτλ.* ut potuerit ipse Nicolaus errare cf. 41_{20}. 47_{27}.

22 *sint:* uidetur ex *sinedreuancia* (sic. ed. pr.) repetitum; cf. 54_{10} adnot.

quae sunt futura fieri praesignificant quos uocant prognosticos, 6 r. alii uero de cura faciunt rememorationem quos curatiuos uocant. omnes autem concursus ab obseruatione quidem sciuimus, ad memoriam uero recommendantes nunc ex rememoratione utimur. utimur enim empiria obseruantibus et memorantibus nobis quid cum quo et quid post quod et quid ante quod uidimus uel semper uel ut plurimum uel p. 1214. secundum utrumlibet uel raro; semper quidem ut in cordis plagatione mortem; ut plurimum uero ut in scamonea purgationem; secundum utrumlibet autem ut in grossae miringae plagatione mortem; raro autem ut in plagatione cerebri salutem. in his denique omnibus necessarium est secundum constitutionem artis quam ex obseruatione et memoria facimus, et post haec secundum constitutionis doctrinam, distinguere et determinare a communi quod est proprium. nominant autem plurimi empiricorum uel forte omnes non determinationem sed distinctionem hoc, obliti suae circa nominationes uanagloriae; quam nos non custodientes nihil differre dicemus quocunque ex utrisque utatur quis nomine, si solummodo distinguat proprium a communi per euidentes cognitiones. licet enim duabus existentibus rebus, una quidem assignationis significatorum, alia uero distinctionis rerum, in significatis distinctionem, in rebus uero determinationem nominare. in utrisque uero segregatur a communi quod est proprium. sed nomina quidem sicut Plato consulebat sper-

10 *grossae miringae:* ita scriptum est constanter in l. de utilitate particular. VIII 7 ss. ed. Sur. (crassa *μῆνιγξ*).

17 *obliti: non obliti* legendum uidetur, coll. 46_{18}; cf. etiam 49_{2}. 50_{26}. 51_{2} al.; supra p. 25; de opt. sect. 18 (I 155 K) al.

22 *significatorum:* ed. pr. *significat.* dicit *τὰ σημαινόμενα* cf. Sext. Emp. adu. Math. VIII 11 ss. Hyp. II 213 Galen. Therap. II 7 (X 130 ss. K); cf. 51_{12}. *assign. et dist.:* genetiui absoluti uestigia uidentur esse, cf. 55_{8} adnot. *assign.:* num *dissign.* (*διασημασία*) qua *τὰ σημαινόμενα* quasi signentur diuersis uocabulis (q. s. *σημαίνοντα*) ne confundantur?

25 *Plato:* cf. Therap. XI 12 (X 772 K) *ἀλλ' ὅπερ ἀεὶ λέγομεν ἑπόμενοι τῷ θείῳ Πλάτωνι, καταφρονεῖν μὲν χρὴ τῶν ὀνομάτων, μὴ*

nere oportet, certitudinem uero rationum non negligere. necessarium enim est distinguere a communi quod proprium; in dignotione quidem passionum ita: febris acuta cum dyspnoea et tussi et saliua colorata cuius aegritudinis est concursus si petat aliquis, respondebimus ei communem quidem esse pleuresis et peripleumoniae praedictum concursum; non tamen esse integrum alicuius alterutrarum, sed deficientem in aliquo et colobatum. sed si addatur cum praedictis dolor lateris acutus et pungitiuus et pulsus durus cum tensione, pleuresis erit haec passio. si uero non dolet latus et pulsus non fuerit durus orthopnoeaque ei aderit et sensus angustationis ut suffocari putet, huiusmodi concursus peripleumonia uocatur. ita quidem igitur in dignotione passionum, quam et signationem nominant, distinguitur commune a propriis quae sunt secundum unum quodque. in prognosticatione uero ita: nasus acutus oculi concaui tempora concisa si interrogauerit aliquis quid futurum significant, dicemus quod si quidem p. 1215.
in ualde chronica aegritudine fiant aliquod nocumentum moderatum significant, si uero in principio fiant, periculum mortis de proximo. ista quidem est prima determinatio a tempore aegritudinis. alia uero ex his quae prius facta sunt, scilicet si non ex diarrhoea aut pharmaci purgatione uel aliter euacuatus fuerit fortiter uel si uigilauerit aut passus fuerit famem. in cura autem discretio communis a proprio talis fit: numquid sit phlebotomandus pleureticus uel non. dicemus enim non omnem esse phlebotomandum, sed uel eum quicunque pleureticum nominatum concursum habet uel si

καταφρονεῖν δὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιστήμης. ipsa uerba non repperi, sententiam multis locis uelut Soph. 218c, Charm. 163 d.

3 *in dignot.:* ed. pr. hic et 47 13 *indignatione.*

11 *orthopnoea:* ed. pr. *orthomia.*

17 *futurum:* ita Cast.; ed. pr. *fictiorum.*

22 *uel — — fortiter:* haec post *famem* habet ed. pr.; geminum *uel* erroris causa fuit.

26 *enim:* cf. 49 22.

27 *pleureticum:* Inc. *plethoricum;* recte, cf. Therap. IV 6 (X 287 K)

sine hoc fortis fuerit et iuuenis. attamen neque hos omnes. qui enim habet pleureticum concursum si fuerit senex aut infans cauebimus a phlebotomia; et similiter qui est in frigidissima regione sicut in Scythia et qui in calidissima hora aestatis (in qua multos uidimus pati syncopen) non indigent phlebotomia. sed non sufficiunt haec solum. sunt enim aliae cum his determinationes tales: ad clauim quidem perueniente dolore phlebotomabimus magis; si uero ad hypochondrium, utemur purgatione.

Cap. VII epilogans dicta in cap. praecedenti de determinatione et ponit eius definitionem et cum hoc differentiam inter concursum empiricorum et dogmaticorum et inter eorum uocabula et in redditione causarum.

7 I. V. Talis quidem est rei determinatio, quam describentes dicunt esse sermonem distinguentem a communibus id quod est secundum unum quodque proprium. uocant autem eam ut dixi non determinationem sed distinctionem. nos autem siue determinationem siue distinctionem uoluerit quis nominare non faciemus differentiam, custodita nobis differentia empiricorum concursuum ad eos qui dogmatico-
7 F. rum. ex euidentibus enim hi quos nunc pertransiui habent discretionem, non autem ex euidentibus qui dogmatici. ita autem et ratio empirica a ratione dogmatica differt in eo quod illa quidem euidentium rerum est, illa autem immanifestarum. nominant autem et haec, propriam quidem

in Hipp. acut. morb. Comm. IV 17 (XV 766 K) de cur. rat. p. uenae sect. 9 (XI 277 K). sed 48_{2} ubi item *plethoricus* oportebat Iac. habet *pleuriticus* (Cast. utrobique *pleuriticus*); falsissime autem ed. Frob. 1549 rem inuertit ita: *an plethorico uena secanda sit — — cui pleuriticus concursus — — si pleuriticus concursus in sene.* ed. 1562 *plethorico — plethoricus — pleuriticus.* cf. supra p. 9. 15. 18. nihil mutaui quia ipsi Nicolao iste error tribui potest. cf. 41_{20}. 45_{20}. adnot.

5 *in qua* cet.: cf. Therap. ad Glauc. I 15 (XI 44 K).

17 *ut dixi:* 46_{15} ss.

rationem epilogismum, eam uero quae dogmaticorum analogismum, nolentes ut etiam usque ad nominationes communicent adinuicem. secundum eundem autem modum et compendiosissimas doctrinas non definitiones sed descriptiones nominant. et nimirum nihil prohibebat neque hoc, empiricam quidem definitionem dictam esse propriam rationem rei con- p. 1216. sistentem ex his quae euidenter insunt ei, eam uero quae dogmaticorum propriam quidem esse, non tamen ex his quae euidenter apparent. haec quidem igitur in nominibus habent disceptationem; quibus licet et superbe uti et humiliter, sicut in multis faciunt abutentes empirici. in rebus autem 8 I. V. differunt abinuicem empirici et dogmatici, sicut in principio dictum est, in eo quod empirici solis quidem credunt eis quae sunt ad sensum euidentia et eis quorum ex ipsis memoratio fit, dogmatici uero non his solum sed etiam eis quae ex assecutione naturali rerum adinueniuntur per rationem absque obseruatione. non solum autem definitionibus 9 I. V. et superdeterminationibus ab euidentibus utitur empiricus sed etiam redditionibus causarum et demonstrationibus ex euidenter praecognitis sensu. pone enim interrogari medicum in crure dearticulato cum plaga propter quam causam non relocat colum: respondebit enim quoniam obseruatum est quod quae ita relocantur inferunt spasmum. haec enim seruanda sunt nobis, scilicet nihil unquam enuntiare ex assecutione logica sed ex euidenti semper obseruatione et me- 8 F. moria. secundum hunc modum igitur ipse empiricus construit artem et docet alios. et in hoc differt maxime ab eo qui irrationalem eruditionem pertractat; multa enim ille agit indeterminate. differt etiam non minus ab illo et in quantum iuuatur ab historia; hoc enim est necessarium nobis, propter artis magnitudinem cum non possimus uti

19 ed. pr. om. *ex*.

22 *enim*: cf. 47 26.

31 *propter a. m. cum* cet.: cf. 51 10 *secundum p. d. cum* cet. (*οὐ δυναμένοις*).

uero chirurgia diaeta et pharmacia, memorantibus nobis et hoc, quoniam eisdem nominibus nominant operationes et scientias quibus operamur. sanatiuam uero quidam quippe custodiunt indiuisam, quidam autem diuidunt in sanatiuam quae secundum speciem et in euhecticam; quidam uero et praecustoditiuam et resumptiuam et gerocomicam idest senum educatiuam addiderunt. sunt autem alii qui totius quidem medicatiuae dicunt illas esse particulas, fieri autem ex incisione neutrorum (quae esse uolunt tria, haec autem sunt corpora et causae et signa) praeter sanatiua et aegro-
p. 1211. tatiua. et Herophilus ita ponebat, totam medicatiuam dicens scientiam esse sanorum et neutrorum et aegrorum. sunt autem utique et in signis et in causis neutra. secundum hanc ita diuisionem consequens est nobis custodiendo empiricam ductionem eius incidere, ut possimus aptius docere quod inciditur. non tamen prohibeo eos qui aliter incidunt si ex incisione eorum nulla relinquatur artis particula. propterea et Theudas in principio doctrinae partium ita dicit: partes autem eius dicendum est esse suscipientes et incisionem ad alia, signatiuam et curatiuam et dictam sanatiuam. non igitur est adhuc mirabile si aliqui quidem duas rationes dixerunt esse empiriae, alii uero tres, alii autem quatuor, alii autem quinque. dicunt enim ipsi non esse discordantiam hoc sed diuersitatem uerborum, ac si

1 *nobis:* eiusmodi gen. abs. 46_{5}s. et I 83. 119. 317. 319. XII 319 K. al.

2 *hoc:* cf. 38_{14} adnot.; fort. tamen *hic* legendumst coll. 38_{22} *(quoniam ὅτι).*

5 *euhecticam:* Inc. *id est boni affectus effectricem.* aliquid eiusmodi apud Nicolaum olim legi facile crediderim, cf. 42_{6} cet.

6 *gerocom.:* ed. pr. *cirocomicam.* *idest* cet.: cf. 37_{9} adnot.

14 *ita:* num *itaque?* cf. 50_{3} *(si itaque).*

15 *eius:* non intellego; certe abundat *(ductio* est *ἀγωγή,* cf. 61_{19} *custodit haeresin).*

24 *ac si dicerent* cet.: cf. 37_{9} adnot.

dicerent diuersorum uerborum doctrinam. sed quae quidem est quae ad rationes incisio parum post dicetur.

Cap. VI in quo notificans prius aegritudinem et symptomata agit de distinctione seu determinatione specificando se in constitutiuis partibus medicatiuae quae sunt diagnostica prognostica et curatiua.

De constitutiuis autem partibus medicatiuae rursus 5 I. V. 4 F.
dicamus quaecunque quidem nondum dicta sunt; sunt autem utilissima omnium. nominauit enim se obseruatiuus medicus empiricum et totam artem empiriam. facta fuit autem ab eo obseruatio iuuantium et nocentium in primis quidem temporibus ut est decens non in utilibus solum sed etiam in inutilibus; in longo uero tempore usque nunc multis permulta obseruantibus inuenta sunt multa frustra esse obseruata; et propter hanc causam historia est nunc utilissima sicut prius per se inspectio. obseruatus enim est color uestimentorum inutilis quidem esse in multis passionibus, utilis uero in paucis. ei enim qui patitur ophthalmiam utilis quidem est color cyanus et uiridis et niger, contrariissimus uero albus et splendidus, in medio uero utrorumque alii. secundum eundem autem modum obseruatus est p. 1212.
color quidem rubeus exacerbans spuentes sanguinem, in aliis

2 *parum post:* nusquam reperies. unde colligere debemus post 58_{21} aliquam commentationis partem narrationibus illis inlatis intercidisse. noli tamen putare totam medicinam ibi tractatam fuisse in eas *rationes* (h. e. *λόγους*) *incisam* quas 42_{13} ss. empiricis sequendas esse dixit. nam praeterquam quod unius libri fines id longe excederet, 61_{13} eum tantummodo *sermonem* qui sit *proprius empiricae medicatiuae* a se expositum esse dicit. sola autem inuentione siue artis constitutione empiricos a dogmaticis differre fatetur Galenus de sect. 4 (I 72_{8} K) cf. de opt. sect. 20 (I 161 K) neque in ceteris libris quos de sectis scripsit aliud quam *constitutiuas* illas (41_{22}) *medicinae partes* attigit de quibus etiam 43_{9} *utilissima omnium* sibi dicenda esse ait.

18 ed. pr. *obtalmiam.*

19 ed. pr. *kianus.*

21 *eundem:* om. ed. pr.; cf. 49_{3}. 52_{21}. 57_{14}.

uero passionibus et symptomatibus inutilis et superfluus est obseruatus ipse color; sicut et mensam esse eburneam uel ligneam aut collum aureum uel argenteum uel uitreum; neque enim sanatiuum est aliquod horum neque aegrotatiuum sed neutrum et superfluum. non tamen quod abominabilem odorem exhibet, uel nociuum, superfluum est aut neutrum ut ad sanitatem. euertunt enim ea quae sunt fetida appetitiuam uirtutem et digestiuam, nocent autem eis ea quae sunt fortia qualitatibus sicut cypressus aegirus pyxus nux, et maxime cum fuerit recens. quocirca et lectum et portam et quodcumque uas de genere talis ligni fugimus, et similiter omnem odorem caput replentem uel appetitum euertentem uel quid tale aliud operantem. sicut enim quod iuuat utile est eligere, ita fugere quod nocet, neutrum autem
5 F. neque eligendum neque fugiendum est. et propterea necessarium est medicum scitorem esse harum rerum, scilicet sanatiuarum aegrotatiuarum et neutrarum non causarum solum sed corporum et signorum. scientiam autem dicere habere uel notitiam nihil differt, sicut neque artificem esse aut scitorem, uel artem aut scientiam addiscere. non differt etiam dicere aegritudinem uel passionem esse phlegmonen si ita contingit. symptoma autem differt eo quod simplex et unum existit et non compositum aut aggregatum ex multis. lateris enim dolor symptoma est, similiter autem et tussis et sputum sanguineum uel subcitrinum uel liuidum; non minus autem his dyspnoea est symptoma, sicut et calor praeter naturam. aggregatio uero quae est ex omnibus aegritudo et passio nominatur a Graecis, ita autem et langor et infirmitas. utimur autem nominibus maxime quidem si

2 *ipse: idem* uel *iste* uidetur legendum esse.

3 *collum: collus, urceus bibendi, uel napus.* Matth. Siluaticus. (Ducang.)

9 *pyxus:* ed. pr. *buxusa;* in marg. *al' pixus*, quae est sine dubio Nicolai manus (cf. *egirus* et plurima alia graeca).

29 cf. 38 18 adnot., supra p. 4; Inc. (c. 5) *nominibus tamen utemur, quoad eius fieri poterit, apud Latinos quam maxime consuetis.*

possibile fuerit secundum Graecorum consuetudinem, si uero ignoratur haec secundum placitum quod adinuicem. sufficiet G I.V. p. 1213. igitur quantum ad loquendum aperte adinuicem uel ad docendum et doceri symptoma quidem nominari simpliciter unum aliquod eorum quae praeter naturam, sicut colorem uel tumorem uel inflammationem uel dyspnoeam uel infrigidationem uel dolorem uel tussim; passionem uero et aegritudinem concursum qui ex his. nominauerunt enim ita eam uniuersi empirici qui ante nos, non quamcunque aceruationem symptomatum ita nominantes, sed quando fiunt simul circa corpus laborantis et augmentationem simul accipiunt et statum et declinationem et solutionem. itaque et gratia compendiosae doctrinae unum aliquod nomen posuerunt secundum unumquemque concursum, alium ab alio denominantes eorum quae in ipso, sicut exempli gratia a patienti quidem particula pleuresin et peripleumoniam, ab aliquo uero symptomate phlegmonen et phrenesin; aliquando uero et a similitudine, sicut elephantem et cancrum; aliquando autem ipsimet faciunt totum nomen sicut in oedemate et scirrho. eas quidem igitur passionum quae simul fiunt et coaugentur et simul sunt in statu et condeclinant et cessant simul coinuadentia nominant; quae uero ut plurimum, [sint] synhedreuantia. ac etiam ipsorum concursuum alii quidem passionem dignoscunt quos diagnosticos uocant, alii uero ea

3 *ad docendum et doceri:* *πρὸς τὸ διδάσκειν τε καὶ διδάσκεσθαι.*

5 *colorem:* cf. supra p. 10.

6 *infrigidationem:* cf. et supra p. 10. 15. 19.

8 *eam:* *τὴν συνδρομήν.* latine debebat *eum.*

13 *nomen posuerunt* cet.: cf. Therap. II 2 (X 81 ss. K) VII 2 (X 461 K ubi *ἕνεκα διδασκαλίας συντόμου* cf. I 143 K *συντόμου ἕνεκα παραδόσεως*).

20 *passionum:* Inc. *symptomatum;* recte, cf. supra p. 9; in libro graeco fuisse putauerim *τὰ ἅμα γιγνόμενα κτλ.* ut potuerit ipse Nicolaus errare cf. 41 20. 47 27.

22 *sint:* uidetur ex *sinedreuancia* (sic. ed. pr.) repetitum; cf. 54 10 adnot.

quae sunt futura fieri praesignificant quos uocant prognosticos,
6 F. alii uero de cura faciunt rememorationem quos curatiuos uocant. omnes autem concursus ab obseruatione quidem sciuimus, ad memoriam uero recommendantes nunc ex rememoratione utimur. utimur enim empiria obseruantibus et memorantibus nobis quid cum quo et quid post quod et quid ante quod uidimus uel semper uel ut plurimum uel
p. 1214. secundum utrumlibet uel raro; semper quidem ut in cordis plagatione mortem; ut plurimum uero ut in scamonea purgationem; secundum utrumlibet autem ut in grossae miringae plagatione mortem; raro autem ut in plagatione cerebri salutem. in his denique omnibus necessarium est secundum constitutionem artis quam ex obseruatione et memoria facimus, et post haec secundum constitutionis doctrinam, distinguere et determinare a communi quod est proprium. nominant autem plurimi empiricorum uel forte omnes non determinationem sed distinctionem hoc, obliti suae circa nominationes uanagloriae; quam nos non custodientes nihil differre dicemus quocunque ex utrisque utatur quis nomine, si solummodo distinguat proprium a communi per euidentes cognitiones. licet enim duabus existentibus rebus, una quidem assignationis significatorum, alia uero distinctionis rerum, in significatis distinctionem, in rebus uero determinationem nominare. in utrisque uero segregatur a communi quod est proprium. sed nomina quidem sicut Plato consulebat sper-

10 *grossae miringae:* ita scriptum est constanter in l. de utilitate particular. VIII 7 ss. ed. Sur. (crassa *μῆνιγξ*).

17 *obliti: non obliti* legendum uidetur, coll. 46 18; cf. etiam 49 2. 50 26. 51 2 al.; supra p. 25; de opt. sect. 18 (I 155 K) al.

22 *significatorum:* ed. pr. *significat.* dicit *τὰ σημαινόμενα* cf. Sext. Emp. adu. Math. VIII 11 ss. Hyp. II 213 Galen. Therap. II 7 (X 130 ss. K); cf. 51 12. *assign. et dist.:* genetiui absoluti uestigia uidentur esse, cf. 55 8 adnot. *assign.:* num *dissign.* (*διασημασία*) qua *τὰ σημαινόμενα* quasi signentur diuersis uocabulis (q. s. *σημαίνοντα*) ne confundantur?

25 *Plato:* cf. Therap. XI 12 (X 772 K) *ἀλλ' ὅπερ ἀεὶ λέγομεν ἑπόμενοι τῷ θείῳ Πλάτωνι, καταφρονεῖν μὲν χρὴ τῶν ὀνομάτων, μὴ*

nere oportet, certitudinem uero rationum non negligere. necessarium enim est distinguere a communi quod proprium; in dignotione quidem passionum ita: febris acuta cum dyspnoea et tussi et saliua colorata cuius aegritudinis est concursus si petat aliquis, respondebimus ei communem quidem esse pleuresis et peripleumoniae praedictum concursum; non tamen esse integrum alicuius alterutrarum, sed deficientem in aliquo et colobatum. sed si addatur cum praedictis dolor lateris acutus et pungitiuus et pulsus durus cum tensione, pleuresis erit haec passio. si uero non dolet latus et pulsus non fuerit durus orthopnoeaque ei aderit et sensus angustationis ut suffocari putet, huiusmodi concursus peripleumonia uocatur. ita quidem igitur in dignotione passionum, quam et signationem nominant, distinguitur commune a propriis quae sunt secundum unum quodque. in prognosticatione uero ita: nasus acutus oculi concaui tempora concisa si interrogauerit aliquis quid futurum significant, dicemus quod si quidem p. 121K. in ualde chronica aegritudine fiant aliquod nocumentum moderatum significant, si uero in principio fiant, periculum mortis de proximo. ista quidem est prima determinatio a tempore aegritudinis. alia uero ex his quae prius facta sunt, scilicet si non ex diarrhoea aut pharmaci purgatione uel aliter euacuatus fuerit fortiter uel si uigilauerit aut passus fuerit famem. in cura autem discretio communis a proprio talis fit: numquid sit phlebotomandus pleureticus uel non. dicemus enim non omnem esse phlebotomandum, sed uel eum quicunque pleureticum nominatum concursum habet uel si

καταφρονεῖν δὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιστήμης. ipsa uerba non repperi, sententiam multis locis uelut Soph. 218c, Charm. 163 d.

3 *in dignot.*: ed. pr. hic et 47 18 *indignatione.*

11 *orthopnoea:* ed. pr. *orthomia.*

17 *futurum:* ita Cast.; ed. pr. *fictiorum.*

22 *uel* — — *fortiter:* haec post *famem* habet ed. pr.; geminum *uel* erroris causa fuit.

26 *enim:* cf. 49 22.

27 *pleureticum:* Inc. *plethoricum;* recte, cf. Therap. IV 6 (X 287 K)

sine hoc fortis fuerit et iuuenis. attamen neque hos omnes. qui enim habet pleureticum concursum si fuerit senex aut infans cauebimus a phlebotomia; et similiter qui est in frigidissima regione sicut in Scythia et qui in calidissima hora aestatis (in qua multos uidimus pati syncopen) non indigent phlebotomia. sed non sufficiunt haec solum. sunt enim aliae cum his determinationes tales: ad clauim quidem perueniente dolore phlebotomabimus magis; si uero ad hypochondrium, utemur purgatione.

Cap. VII epilogans dicta in cap. praecedenti de determinatione et ponit eius definitionem et cum hoc differentiam inter concursum empiricorum et dogmaticorum et inter eorum uocabula et in redditione causarum.

7 I. V. Talis quidem est rei determinatio, quam describentes dicunt esse sermonem distinguentem a communibus id quod est secundum unum quodque proprium. uocant autem eam ut dixi non determinationem sed distinctionem. nos autem siue determinationem siue distinctionem uoluerit quis nominare non faciemus differentiam, custodita nobis differentia empiricorum concursuum ad eos qui dogmatico-
7 F. rum. ex euidentibus enim hi quos nunc pertransiui habent discretionem, non autem ex euidentibus qui dogmatici. ita autem et ratio empirica a ratione dogmatica differt in eo quod illa quidem euidentium rerum est, illa autem immanifestarum. nominant autem et haec, propriam quidem

in Hipp. acut. morb. Comm. IV 17 (XV 766 K) de cur. rat. p. uenae sect. 9 (XI 277 K). sed 48_{2} ubi item *plethoricus* oportebat Inc. habet *pleuriticus* (Cast. utrobique *pleuriticus*); falsissime autem ed. Frob. 1549 rem inuertit ita: *an plethorico uena secanda sit — — cui pleuriticus concursus — — si pleuriticus concursus in sene.* ed. 1562 *plethorico — plethoricus — pleuriticus.* cf. supra p. 9. 15. 18. nihil mutaui quia ipsi Nicolao iste error tribui potest. cf. 41_{20}. 45_{20}. adnot.

5 *in qua* cet.: cf. Therap. ad Glauc. I 15 (XI 44 K).

17 *ut dixi:* 46_{15} ss.

rationem epilogismum, eam uero quae dogmaticorum analogismum, nolentes ut etiam usque ad nominationes communicent adinuicem. secundum eundem autem modum et compendiosissimas doctrinas non definitiones sed descriptiones nominant. et nimirum nihil prohibebat neque hoc, empiricam quidem definitionem dictam esse propriam rationem rei con- p. 1216.
sistentem ex his quae euidenter insunt ei, eam uero quae dogmaticorum propriam quidem esse, non tamen ex his quae euidenter apparent. haec quidem igitur in nominibus habent disceptationem; quibus licet et superbe uti et humiliter, sicut in multis faciunt abutentes empirici. in rebus autem 8 I. V.
differunt abinuicem empirici et dogmatici, sicut in principio dictum est, in eo quod empirici solis quidem credunt eis quae sunt ad sensum euidentia et eis quorum ex ipsis memoratio fit, dogmatici uero non his solum sed etiam eis quae ex assecutione naturali rerum adinueniuntur per rationem absque obseruatione. non solum autem definitionibus 9 I. V.
et superdeterminationibus ab euidentibus utitur empiricus sed etiam redditionibus causarum et demonstrationibus ex euidenter praecognitis sensu. pone enim interrogari medicum in crure dearticulato cum plaga propter quam causam non relocat colum: respondebit enim quoniam obseruatum est quod quae ita relocantur inferunt spasmum. haec enim seruanda sunt nobis, scilicet nihil unquam enuntiare ex assecutione logica sed ex euidenti semper obseruatione et me- 8 F.
moria. secundum hunc modum igitur ipse empiricus construit artem et docet alios. et in hoc differt maxime ab eo qui irrationalem eruditionem pertractat; multa enim ille agit indeterminate. differt etiam non minus ab illo et in quantum iuuatur ab historia; hoc enim est necessarium nobis, propter artis magnitudinem cum non possimus uti

19 ed. pr. om. *ex*.

22 *enim*: cf. 47 26.

31 *propter a. m. cum* cet.: cf. 51 10 *secundum p. d. cum* cet. (*οὐ δυναμένοις*).

unius hominis uita ad inuentionem omnium; aceruamus enim ea et ab omnibus colligimus accedentes ad libros anteriorum. si itaque ita inuenissent prius singula eorum quae scripserunt antequam scriberent ut inuenire posset ea em-
p. 1217. piricus qui utitur determinatione, omnia essent uera utique quae scribuntur ab eis. sed quia quidam quippe indeterminatae experientiae credentes, quidam uero quia non uiderunt multotiens ea quae scripserunt, quidam uero logicas suspitiones secuti non scripserunt secundum ueritatem quaedam, propterea nobis necessarium est non credere simpliciter omnibus quae ab anterioribus scripta sunt, sed probando prius ipsa ita uti eis. et hoc itaque unum est eorum quae insunt quidem experientiae non insunt autem eis qui irrationalem eruditionem pertractant; quos nominat Menodotus tribacas, ipse fingens hoc nomen a tribone, consueto existente hoc nomine antiquis medicis in his qui attriti sunt in aliqua re; quocirca tribonem quidem dices eum qui est perfectus in exercitatione et qui didicit attritam theoriam, tribonicum uerum eum qui irrationabiliter tangit artem, idest neque determinare scientem neque historiae attendentem intellectu. si autem non attendit ei, neque iudicare eam temptabit.

Cap. VIII de historia quae est narratio per se inspectionis uel narratio facta per libros de his in quibus omnes qui scripserunt concordant.

Quoniam autem et hic micrologia quaedam est de no-
10 I. v. mine historiae, memoremur eius in breuibus. quidam quidem igitur historiam esse aiunt nuntiationem eorum quae uisa sunt, quidam autem adicientes hoc, scilicet euidenter, aiunt historiam nuntiationem esse eorum quae euidenter apparent;

2 *accedentes:* num *attendentes?* cf. 52_{23}.
15 *tribacas:* Inc. ex 50_{19} *tribonicos;* cf. supra p. 18.
20 *att. int.:* *προσέχειν τὸν νοῦν.* 51_{20} al. *attendere mente.*
21 *eam:* ed. pr. *ea.*
26 *micrologia:* cf. X 155 K.

alii autem nuntiationem per se inspectionis dixerunt esse eam. sed hi omnes licet sermones dicant differentes in nominibus tamen aequales uirtute custodiunt eos; et propterea hos et tales uniuersos aequipollentes nuncupant [in quibus alius aliter narrat eandem rem]. differunt autem alii sermones ab his, in quibus unicuique eorum qui dicti sunt adiectum est aliquid. dicetur autem de uno eorum gratia exempli: historia est nuntiatio eorum quae uisa sunt aut sicut uisa. secundum quam rationem historiae alia quidem erit uera alia uero falsa, secundum priores descriptiones p. 1218.
cum nulla historia sit falsa. quare et iudicatio historiae secundum alterutrum significatorum erit seorsum; secundum alterum quidem si uere est historia, secundum alterum autem si est uera. nos autem, concedentes et haec nominare 9 F.
sicut utique quis uult, dicemus qualiter oportet iudicando prius historiam ita ducere ipsam ad usum, quod est idem quod posse distinguere ueritatem et falsitatem eorum quae scripta sunt, et adhuc possibilitatem et impossibilitatem; est enim et quaedam talis differentia secundum Menodotum non inutilis; cui attendere te deposco mente, concedens uocare omne quod scriptum est in libris historiam eo quod pluribus medicorum ita consuetum est uocare. unum quidem et primum iudicatorium historiae uerae dictum est ab empiricis esse iudicantis per se inspectio. si enim hoc inuenerimus ab aliquo scriptum in libro de his de quibus per se inspectionem habemus, ueram esse dicemus historiam. sed hoc quidem iudicatorium inutile est ad discentiam; nihil

4 ed. pr. om. *et* post *hos*.

4 *aequipollentes:* ἰσοδυναμοῦντας XIX 43 K. (51 8 ἴσους δυνάμει). *in quibus* cet.: alienum uidetur, non Nicolai interpretamentum. cf. 57 1. 58 19.

9 *historiae:* genetiuus ut uidetur ab illis *alia alia* pendens, cf. 67 16.

11 *cum — sit:* οὔσης, cf. 49 31.

16 ed. pr. *uisum;* Inc. *usum*; cf. 50 11 s.; supra p. 9.

20 *mente:* cf. 50 20.

enim indigemus discere ex libro de his quae cognita sunt per se inspectiue. utilissimum uero simul et uerius indicatorium historiae est concordantia. potest enim me nunquam usum fuisse mace (est autem hoc pharmacum adductum de Arabia et est cortex plantae); dicunt autem de ipso omnes qui scribunt de materia quoniam retinet uentrem: num credemus eis aut decredemus? ego quidem dico quoniam credendum est eis qui ita concordant. dico autem ita cum sermo fuerit de sensibilibus. nam concordiae quae de immanifestis sunt maxime quidem neque consistentiam habent circa omnes quicunque scribunt de ipsis. si uero et concesserit aliquis non esse aliquando impossibile consistere talem concordiam, obsistet et de hac empiricus. quaecunque uero concordiae fiunt de sensibilibus rebus in omnibus hominibus, fideles secundum uitam sunt. nos enim nunquam circuentes nauigio Cretam uel Siciliam uel Sardiniam credidimus eas esse insulas ex eo quod quicunque per se inspectores facti sunt concordant adinuicem. habentes igitur secundum hanc uitam experientiam huius, scilicet quod concordant adinuicem illi qui historizant de sensibilibus, credidimus quoniam uenter
p. 1219. retinetur à mace. secundum eundem autem modum licet nunquam nos per nostram per se inspectionem fuerimus in experientia rheupontici, attendentes tamen ad libros eorum qui scripserunt de ipso credidimus congruere id eductionibus sanguinis. adiacet autem huic sermoni qui nunc a nobis dictus est sermo alius non existens epilogisticus sed analogisticus et dogmaticus, si aliquis dignum aestimat esse credere concordiae indicationem accipiens credulitatis ab ipsa re. sunt enim aliqui qui dicunt ita, non dogmaticorum solum sed etiam eorum qui nominant se empiricos, quoniàm ea

4 *mace:* *μάχερ* (XII 66 K).

14 *omnibus:* om. ed. pr.; cf. 52 5. 11. de opt. s. 14 (I 148 K).

15 *circuentes:* (*περιελθόντες*). non ausim *circumeuntes* ponere.

26 ed. pr. *anologisticus;* ita etiam aliis locis in ed. Sur. scriptum est.

28 *credulitatis:* 58 15 *credibile.*

quae absque suspitione concordia signum est ueritatis rei; sed non est ita dicendum simpliciter ei qui colit epilogismum, qui est sermo eorum quae apparent, sed quoniam in experientia habitum est a concordantibus ad inuicem de omnibus quae euidenter sunt uera. si igitur dixerit aliquis sicut ab obseruatione signum esse concordiam uerae historiae, empiricam faciet indicationem; si uero sicut ab ipsa natura rei, logicam. unum quidem est hoc iudicatorium historiae uerae, aliud autem scientia et mos conscriptoris; de quibus oportet nos experientiam habere per alias conscriptiones, sicut Hippocratis et Andreae, illius quidem sicut expertissimi et amicissimi ueritatis, istius autem sicut superbi et in experientia deficientis multum ab Hippocratis scientia. aliud uero iudicatorium historiae est si id quod dicitur fuerit simile eis quae cognita facta fuerunt nobis per per se inspectionem, sicut macis et rheupontici; ambo enim stipticant sicut et alia omnia quae sistunt rheumata uentris et prohibent supereductionem sanguinis.

Cap. nonum, de similis transitione, declarando quomodo II I. v.
debet accipi et intelligi in proposito simile, cum dicatur simile multipliciter.

Dicit autem Menodotus non esse uerum iudicatorium transitionem similis, sed possibilis; assumentem uero triben idest eruditionem fieri uerum iudicatorium. sed de hoc qui- p. 1220.

3 *sermo* cet.: hinc coll. 48_{23} s. apparet de sect. 5 (I 78 K) non esse cum C. Sprengelio (Hist. med. I p. 580 adnot. 70 ed. 4ae) *λόγον φαινόμενον* sed *ὃν δὴ φαινομένων εἶναί φασι* legendum aut certe *φαινομένων λόγον*.

4 *habitum est:* debebat *habita est* (*ἔσχηται*) scil. *res* (53_{1}). empiricus non debet dicere concordiam per se esse signum ueritatis rei sed ideo illam haberi signum ueritatis quia homines quos de omnibus euidenter ueris siue sensibilibus concordare scimus (52_{13} ss.) in experientia habuerunt siue experti sunt id quod narrant.

22 et 24 *ueri* accuratius dictum esset.

24 *idest eruditionem:* cf. 37_{9} adnot.

10 r. dem parum post indicabimus; similis uero transitionem, quaecumque ipsa secundum seipsam est uia ad experientiam et quodcumque est indicatorium possibilis quod est secundum historiam, sciendum est esse duplicem sicut et iudicium historiae. logica quidem igitur transitio a natura rei indicatiuae sumit notitiam; empirica uero ea quae a natura cognita sunt sequitur non quia suasibile est simile alicuius similis esse factiuum aut indigere similibus aut pati similiter, non propter id aut quid tale aliud deposcunt transire, sed quia experti sumus similia sic se habere. et enim in similibus membris corporis quando fit eadem passio docuit [enim] nos experientia idem esse opus auxiliorum, ut puta in coxa et ulna et crure et brachio et pede et extrema manu; et similiter quando passio similis in eadem fit particula eisdem indiget auxiliis, ut diarrhoea et dysenteria; et passione etiam existente simili opus est similium auxiliorum, sicut in diarrhoea mespili et cydonii. haec igitur docuit nos experientia, et cum his, [in] obseruatis in quacumque passione, quando in multo tempore adducta nihil fit

1 *parum post:* 55_{4} ss.

3 *et quodcumque:* num *quaecumque?* an ὅσον ad κριτήριον conformatum fuit? de re ipsa cf. 53_{14} ss. 55_{4} ss.

9 *propter id* cet.: ed. pr. *propter q̃d ad tale aliud;* cf. 37_{2} 44_{13} (ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο I 66 K).

12 *enim:* ex superiore uersu inlatum esse uidetur cf. 54_{18} 57_{12} 58_{13} s. 67_{14}.

16 *simili:* debebat *eadem;* cf. de opt. sect. 10 (I 129 K) ὅταν γὰρ τὰ αὐτὰ συμπτώματα — — προσῇ, τότε τὴν ὁμ. μετάβ. ποιούμεθα ὡς ἀπὸ μήλου (de sect. 2, I 68 K. μ. κυδωνίου) ἐπὶ μέσπιλον. 16 (I 151 K.) ὅταν μέσπιλον ἀντὶ μήλου ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν παραλαμβάνωσιν.

16 *est:* in marg. *al' esse* id quod non putaui recipiendum esse quoniam 54_{15} appellandi casu posita illa *diarrhoea* et *dysenteria* uetant *indigere* scribi.

17 *mespili:* ed. pr. *nespuli.*

18 *in:* uidetur ex eo quod sequitur repetitum, cf. 54_{12} adn.

19 *quando* cet.: ὅταν — — τὰ προσηγμένα μηδὲν γένηται πλέον.

plus, transire ad contraria. decenter igitur et eam quae ad contraria transitionem dicunt fieri secundum similitudinem eorum quae empirice sunt inuenta. logica uero transitio nunquam indicat transire ad contrarium. similis igitur transitio per se sola fiens absque quod iudicet historiam, et etiam quando agit hoc, ad tribicam idest eruditam nos ducit experientiam, non quod certitudinaliter est uerum sed possibilis inuentionem promittens, concordiae fidedignorum historiae fidelis existentis et ante experientiam, sed transitioni ad similia nondum credimus ante tribicam experientiam p. 1221. tanquam uerae. quod magis autem et quod minus de spe et fide non modicum est secundum singulum dictorum, sicut et similitudinis. hoc enim est magis, hoc uero minus simile. non enim simpliciter et sicut contingit cognitum est quod est similitudinis ab experientia. quod enim secundum figuram et colorem est et duritiem et mollitiem simile minime est obseruatum similium operationum factiuum existere; quod uero secundum odorem est aut gustum simile ad eundem successum inuentum est uenire ut plurimum, et horum ipsorum magis id quod secundum gustum est simile, et his adhuc magis si aliquid est simile secundum utraque, scilicet odorem et gustum. si uero ex superabundanti affuerit figura et color et consistentia, simillima apparebunt et earundem passionum factiua. et eorum etiam quae sunt secundum gustum similia non secundum unam aliquam qualitatem

6 *idest eruditam:* cf. 37_{9} adnot.

8 *inuentionem:* ed. pr. *inuentionis;* cf. 53_{22} ss. 58_{8} ss.

8 (τῆς) *συμφωνίας* (τῆς τῶν) *ἀξιοπίστων ἱστορίας πιστῆς ὑπαρχούσης καὶ πρὸ τῆς πείρας.* an *concordis* (*συμφώνου ἀ. ἱ. ὑ.*)? de genetiuo cf. 46_{22}.

9 *fid. ex.:* cf. X 1012 K. (*καὶ πρὸ τῆς πείρας πιστά*).

11 *quod magis* cet.: cf. 57_{11}. $58_{1.\,9}$ (*τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον* I 318. VI 889 K).

13 *et:* ed. pr. *ex*, cf. quae secuntur et 57_{1} ss.

23 *simillima:* ed. pr. *simili uia.*

24 *passionum:* num *operationum?* cf. 55_{17}. cf. tamen VII 46 s. K.

oportet indicare similitudinem, ut puta acredinem uel stipticitatem uel amaritudinem uel dulcedinem uel austeritatem uel ponticitatem uel salsedinem. sed attendere diligenter mente toti proprietati quae est in ipsa. stipticant enim aloes et squama aeris, sed gustatio earum extranea est et pharmacosa. quare neque similes sunt malo cydonio, quocirca neque esibiles; non igitur oportet transire a malo uel mespilo ad illa neque in coeliacis et dysentericis ea dare. in indigentibus uero ducere ad cicatricem ulcus aliquod existens in superficie possibile est transire ad omnia stipticantia etiam si fuerint pharmacosa; habemus enim experientiam multorum talium pharmacorum consolidantium. in dysentericis uero ab esibilibus ad esibilia transire melius est, deinde consequenter ad illa sola non esibilium quaecunque nullam cum stipticatione habent aliam fortem qualitatem annexam, et maxime acredinem et ama-
p. 1222. ritudinem. et enim per se huiusmodi qualitates obseruatae sunt exacerbare omnia ulcera etiam cum miscentur cum stipticis. quoniam autem stiptici uelut differentiae quaedam sunt austerum et ponticum manifestum est; intenditur enim stiptica qualitas in ponticis, exoluitur uero in austeris; quocirca tibi et secundum illa facienti transitionem eius quod est possibile erit maior spes. si enim fuerit certitudinaliter eadem passio in qua obseruatum fuit cydonium uel aliquod ita stipticantium, ad moderate stipticum transibis in eadem passione, quod ut dixi nominant Graeci austerum. si uero ponticorum habueris magis experientiam tanquam iuuantium passionem, ad pontica transibis. manifestum igitur est quoniam eius qui de possibili successus non est aequalis spes

1 et 2 cf. Ducang. s. u. *stipticus* et *ponticus*.

4 *in ipsa:* num *similitudine?* immo, *in ipsis.* Inc. *sed omnem singulorum uim spectare oportet.*

7 *coeliacis:* ed. pr. *yliacis; κοιλιακοῖς.* cf. de simpl. med. fac. VII 12 (XII 66 K *μάκερ — — στύφει — — κοιλιακαῖς τε καὶ δυσεντερικαῖς μίγνυται δυνάμεσι*). fort. Nic. cum eo quod est *ilia* illud conposuit.

24 *in eadem p.:* num *in ea p.?*

[illa quae est de omnibus similibus], sed quantum ad inuicem in similitudine differunt ea ad quae transitionem facimus, tantum in spe quae de possibili.* *cognoscetur id quod laudatur ad diarrhoeam a uiro fide digno, et hoc nobis uidetur simillimum eis quae per experientiam cognita sunt; manifestum autem est quoniam et fidem possibilis plurimam praebebit hoc, et fortassis aliquis audebit in ipso et ante tribicam experientiam confidere. in eo uero quod neque historiam adassumpsit neque sufficienter est simile pauca est spes. ita autem et in metaphoris unius auxilii a passione ad passionem similem magis et minus decens est sperare nos secundum similitudinem passionis [minus] exsolutam uel auctam in assumendo historiam uel non assumendo. secundum eundem autem modum et quae ab una particula corporis ad aliam particulam transitio in quantum

1 *illa:* in marg. *al's illi*; falso aliquis *illi* cum eo quod est *aequalis* coniunxit. ea autem quae sunt *illa quae est de omnibus similibus* interpolatione adiecta sunt (cf. 51_{4}). nam quem sensum illis uerbis subesse aliquis suspicari possit is ita exprimendus erat: *ὅτι οὐκ ἔστιν ἴση εὐτυχήματος ἐλπὶς ἐν πᾶσι τοῖς ὁμοίοις* uel *περὶ πάντα τὰ ὅμοια.* at illa *τοῦ περὶ τὸ δυνατὸν εὐτυχήματος* hoc ipsum significant. in similibus enim est successus possibilitas. ne autem haec resecare malis quae sunt *eius qui de possibili successus,* non licebat dicere *ὅτι οὐκ ἔστιν ἴση ἡ ἐλπὶς ἡ περὶ πάντων τῶν ὁμοίων* sed ita oportebat: *ὅτι οὐκ ἔστι πάντων τ. ὁμ. ἴση ἐλπίς.*

3 desunt pauca quorum haec fuit sententia: *ὡςαύτως δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τῇ περὶ τὸ δυνατὸν ἐλπίδι* (uel *τῇ κατὰ τὴν μετάβασιν ἐλπίδι*) *τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον γίνεται. οἱονεὶ βοήθημά τι γνωσθήσεται ἐπαινούμενον π. διαρρ. ὑπὸ ἀνδρ. ἀξιοπ. κτλ.* cf. 57_{8} ss.

3 *id quod:* suppleuit Nic.

4 *uidetur:* num *uidebitur?* an *δοκεῖ* pro eo quod est *δόξει* Nic. legit?

6 cf. 55_{9}. nunc *transitio historiam adassumpsit* (57_{9}), itaque *fortassis aliquis audebit* cet.

12 *minus:* ex superiore uersu delapsum esse uidetur. cf. 54_{12}. adnot.

20 *ost. p. op.:* cf. XIV 623 s. 669. XIX 15K. al. (*δι' ἔργων ἐπιδείκνυσθαι τὴν τέχνην.*)

24 *sanitatis:* in marg. *al' scientie;* cf. supra p. 5.

25 *solum sum:* l. *solum sim* (an *si solum?* cf. 46_{20}).

oportet iudicare similitudinem, ut puta acredinem uel stipticitatem uel amaritudinem uel dulcedinem uel austeritatem uel ponticitatem uel salsedinem, sed attendere diligenter mente toti proprietati quae est in ipsa. stipticant enim aloes et squama aeris, sed gustatio earum extranea est et pharmacosa, quare neque similes sunt malo cydonio, quocirca neque esibiles; non igitur oportet transire a malo uel mespilo ad illa neque in coeliacis et dysentericis ea dare. in indigentibus uero ducere ad cicatricem ulcus aliquod existens in superficie possibile est transire ad omnia stipticantia etiam si fuerint pharmacosa; habemus enim experientiam multorum talium pharmacorum consolidantium. in dysentericis uero ab esibilibus ad esibilia transire melius est, deinde consequenter ad illa sola non esibilium quaecunque nullam cum stipticatione habeat aliam fortem qualitatem annexam, et maxime acredinem et ama-
p. 1222. ritudinem. et enim per se huiusmodi qualitates obseruatae sunt exacerbare omnia ulcera etiam cum miscentur cum stipticis. quoniam autem stiptici uelut differentiae quaedam sunt austerum et ponticum manifestum est; intenditur enim stiptica qualitas in ponticis, exoluitur uero in austeris; quocirca tibi et secundum illa facienti transitionem eius quod est possibile erit maior spes. si enim fuerit certitudinaliter eadem passio in qua obseruatum fuit cydonium uel aliquod ita stipticantium, ad moderate stipticum transibis in eadem passione, quod ut dixi nominant Graeci austerum. si uero ponticorum habueris magis experientiam tanquam iuuantium passionem, ad pontica transibis. manifestum igitur est quoniam eius qui de possibili successus non est aequalis spes

1 et 2 cf. Ducang. s. u. *stipticus* et *ponticus*.

4 *in ipsa:* num *similitudine?* immo, *in ipsis.* Inc. *sed omnem singulorum uim spectare oportet.*

7 *coeliacis:* ed. pr. *yliacis; κοιλιακοῖς.* cf. de simpl. med. fac. VII 12 (XII 66 K *μάκερ — — στύφει — — κοιλιακαῖς τε καὶ δυσεντερικαῖς μίγνυται δυνάμεσι*). fort. Nic. cum eo quod est *ilia* illud conposuit.

24 *in eadem p.:* num *in ea p.?*

[illa quae est de omnibus similibus], sed quantum ad inuicem in similitudine differunt ea ad quae transitionem facimus, tantum in spe quae de possibili.* *cognoscetur id quod laudatur ad diarrhoeam a uiro fide digno, et hoc nobis uidetur simillimum eis quae per experientiam cognita sunt; manifestum autem est quoniam et fidem possibilis plurimam praebebit hoc, et fortassis aliquis audebit in ipso et ante tribicam experientiam confidere. in eo uero quod neque historiam adassumpsit neque sufficienter est simile pauca est spes. ita autem et in metaphoris unius auxilii a passione ad passionem similem magis et minus decens est sperare nos secundum similitudinem passionis [minus] exsolutam uel auctam in assumendo historiam uel non assumendo. secundum eundem autem modum et quae ab una particula corporis ad aliam particulam transitio in quantum

1 *illa:* in marg. *al's illi*; falso aliquis *illi* cum eo quod est *aequalis* coniunxit. ea autem quae sunt *illa quae est de omnibus similibus* interpolatione adiecta sunt (cf. 51 4). nam quem sensum illis uerbis subesse aliquis suspicari possit is ita exprimendus erat: *ὅτι οὐκ ἔστιν ἴση εὐτυχήματος ἐλπὶς ἐν πᾶσι τοῖς ὁμοίοις* uel *περὶ πάντα τὰ ὅμοια.* at illa *τοῦ περὶ τὸ δυνατὸν εὐτυχήματος* hoc ipsum significant. in similibus enim est successus possibilitas. ne autem haec resecare malis quae sunt *eius qui de possibili successus,* non licebat dicere *ὅτι οὐκ ἔστιν ἴση ἡ ἐλπὶς ἡ περὶ πάντων τῶν ὁμοίων* sed ita oportebat: *ὅτι οὐκ ἔστι πάντων τ. ὁμ. ἴση ἐλπίς.*

3 desunt pauca quorum haec fuit sententia: *ὡςαύτως δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τῇ περὶ τὸ δυνατὸν ἐλπίδι* (uel *τῇ κατὰ τὴν μετάβασιν ἐλπίδι*) *τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον γίνεται. οἱονεὶ βοήθημά τι γνωσθήσεται ἐπαινούμενον π. διαρρ. ὑπὸ ἀνδρ. ἀξιοπ. κτλ.* cf. 57 8 ss.

3 *id quod:* suppleuit Nic.

4 *uidetur:* num *uidebitur?* an *δοκεῖ* pro eo quod est *δόξει* Nic. legit?

6 cf. 55 9. nunc *transitio historiam adassumpsit* (57 9), itaque *fortassis aliquis audebit* cet.

12 *minus:* ex superiore uersu delapsum esse uidetur. cf. 54 12. adnot.

habet quod magis et minus, in tantum differunt ea quae sunt spei.

12 I.V. 11F. Cap. X in quo ex dictis in praecedenti cap. ab illa parte quae incipit »quo circa tibi et secundum illa facienti transitionem« usque ad finem ipsius capituli addit quaedam facientia ad complementum eorum quae dixit de historia superius in octauo capitulo.

Quoniam autem et secundum iudicium historiae in tantum differt quod magis et minus ut huic quidem sit credendum tanquam uero iam, illi uero tanquam possibili solum, manifestum est ex his: scilicet quod quidem a pluribus fide dignis est scriptum et ita inuentum a nobis licet non multotiens tamen paucies, et cum hoc est simile [non minus] his quae per experientiam cognita sunt, iam enim
p. 1223. credibile non minus quam ea quae per experientiam inuenta sunt; in eo uero in quo concordia solum est fidedignorum, non autem fuit unquam uisum a nobis neque est simile his quae cognita sunt, minor est spes; adhuc autem magis [minor] si non fuerint multi qui scripserunt sed unus solus fide dignus, et si nos semel aut bis id sed non multotiens
12 F. uiderimus. gratia autem exempli habeo utique dicere tibi quod quidam elephantiam patiens in quadam uilla earum quae secundum nostram Asiam usque ad aliquod quidem tempus condiaetalis erat cum consuetis; postquam autem cum conuersatione quae ad eum communicauerunt aliqui de passione et ipse fetidus factus est iam et abhorribilis, tugurium ei construentes prope uillam in loco eleuato a planitie

4 *quo circa* cet.: 56_{20}.

13 *non minus:* ex iis quae secuntur falso iterata esse uidentur, cf. 54_{12} adnot.

14 *enim:* legendum uidetur *erit* uel *est*.

18 *cognita sunt:* num *per experientiam c. s.?* cf. 57_{5}. 60_{11}.

19 *minor:* cf. 51_{4} adnot.

21 cf. supra p. 7. 20 ss.

27 *in loco:* χθαμαλῷ omisit aut is qui transcripsit e lib. de simpl. med. fac. aut Nicolaus; cf. 59_{21}. 23.

iuxta quendam fontem posuerunt ibi hominem, apparentes ei cibaria cotidie tot ut sufficerent sibi ad uiuendum. secundum canis ortum uero messoribus qui metebant prope eum apportatum est uinum odoriferum in lagena. qui igitur portauit id prope messores deponens recessit. illi autem cum uenit tempus bibendi, consuetudo erat eis fundendo in craterem uinum commoderare cum modica aqua; quare postquam accepit adolescens lagenam et fudit in craterem, cecidit echidna mortua; timentes ne paterentur aliquid a potatione ipsi quidem biberunt aquam, postquam autem recesserunt dederunt uelut a pietate totum uinum patienti elephantiam, iudicantes melius esse ei mori quam uiuere. ille autem ab hoc potu sanatus est mirabili quodam modo. totum enim quod erat de corio eius ostracos cecidit uelut malacostracorum animalium tegimen, quod autem remansit molle apparebat sicut caraborum et carcinorum cum cadit ostracum quod est in circuitu. aliud etiam tale ex simili casu factum est in Mysia quae secundum Asiam non longe p. 1224.
a nostra ciuitate. homo quidam elephantiam patiens ad usum iuit aquarum thermarum per se natarum spe commodi. amica uero erat ei serua pulcra multos amatores habens. huic et alia quae secundum domum et etiam quae secundum cellarium committebat confidenter. hospitantibus autem ipsis cum utebantur aquis in domo propinqua existente in loco arido pleno echidnis cecidit quaedam earum in lagenam uini negligenter repositam et mortua est. bonam autem inuentionem existimans esse id quod accidit illa ado-

1 *apparentes: apparantes?* an *apportantes?*

6 *in craterem:* ed. pr. *in cratere,* cf. 59 8.

7 *quare:* ὥςτε, cf. 65 28. graece ὡς δὲ, cf. 64 21.

14 *ostracos:* pro illo ὀχθῶδες ex iis quae secuntur natum.

16 ed. pr. *karaborum* et *kimorum.*

21 *pulcra:* om. *νέα τε καί,* cf. 58 27 adnot.

23 *committebat confid.:* *ἐπίστευεν;* om. *ὁ κάμνων,* cf. 58 27 adnot.

24 *propinq. exist.:* *παρακείμενον ἔχουσα χωρίον.* fort. is qui transcripsit mutauit.

[illegible] accessit ad dominum suum. ille autem bibens ipsum consimiliter illi qui erat in [illegible] sanatus est. duo quidem sunt haec documenta experientiae quae ex casu; aliud uero est cum his tertium a nostra imitatione. quidam enim qui aegrotabat hac aegritudine philosophorum existens, qui secundum multos annos auxiliabatur fortiter, et mori quam uiuere potius eligebat iacendo ita misere. manifestum dictum [illegible] casus ei. ipse autem erat expertus in augurijs animum et uidebatur animos mirabiliter directe in tali doctrina. intendens igitur in auibus simul cum illo suasus est imitari ea quae per experientiam cognita sunt. et bibens uinum ita pharmacatum factus est leprosus. tempore autem post sanauimus eius lepram per pharmaca consueta. quartus autem ultra hos artem habens capere echidnas uiuas in principio erat passionis. communicabat autem nobiscum ut citissime sanaretur. uenam igitur ei incidentes et purgantes ipsum pharmaco euacuante quae nigra, uti echidnis quas
p. 122. uenabatur iussimus, praeparando in olla sicut anguillas; et ille quidem ita curatus est transpirante ei passione. alius uero quidam uir diues non nostras sed de media Thracia uenit somnio mouente eum apud Pergamum; deinde deo iubente ei bibere de pharmaco quod per echidnas quolibet die et ungere ab extra corpus transcidit passio non multos post dies in lepram; curata fuit uero rursus et haec passio per pharmaca quae iussit deus. ex his autem omnibus experientiis nos promoti confisi fuimus uti pharmaco copioso quod per echidnas per modum quem dixit deus (nominant autem id theriacam antidotum), et adhuc sale theriacali, quod praeparant iam multi comburentes uiuas echidnas simul cum quibusdam pharmacis in uase figulari nouo, et cum his adhuc esu echidnarum. auferimus autem capita earum simul cum caudis, sicut et in paniculorum theriaca-

6 *sec. m. annos:* cf. supra p. 8.

7 *iacendo:* *διακειμένῳ*. uidetur *κειμένῳ* legisse.

31 *esu sch.:* *ἐχιδνῶν ἐδωδῇ* (XI 143).

32 *paniculorum:* ed. pr. *panniculorum* (*ἀρτίσκοι* XII 316 K).

lium praeparatione. non tamen simpliciter uel confestim uenimus ad singulum illorum sed purgamus prius, ut dictum est, et aliquando etiam phlebotomamus quando aetas non prohibet et affuerit robur. hoc, scilicet in uere incipere curam, commune est ad multas chronicas passiones. dicta 13 F. sunt autem a me haec ample quoniam multa secundum casum et imitationem eius inueniuntur. sicut enim nobis fortuna plura uidere ex casu unius auxilii praebuit, ita et secundum alium casum aliquid aliud eorum quae secundum artem inuentum est.

Cap. XI in quo per modum additionis in hoc libro agit de moribus et dictis quae debent esse in empiricis.

Iste quidem sermo est qui est proprius empiricae medi- 13 I. V. catiuae non indigens alia additione ad bene medicandum. addiderunt attamen illi qui uocauerunt seipsos praesides. ut autem sit manifestum quod dicitur non pigritabo pertransire in exemplo et id. proponatur itaque quaesitum esse, p. 1226. sicut et quaeritur, quis sit finis medicatiuae; ego quidem aio empiricum qui custodit firmiter suam haeresin respondere illi qui proposuit hoc problema ita: omnia quae sunt praeter naturam in corpore conor curare et ostendere per opera promissionem. siue igitur integritatem uolueris hoc uocare siue sanitatem siue acquisitionem integritatis siue acquisitionem sanitatis siue sanum esse siue sanari siue id quod est secundum naturam in corpore custodire et gubernare, nil differt, solum sum sufficiens ostendere per opera promissionem meam. audio autem sophistas non solum ea quae nunc dixi dicentes sed etiam alia adicientes et differentes abinuicem et conterentes tempus inuanum. mihi autem non est curae in multiloquium uanum aspicere, uacanti in

2 *dictum est:* 60_{16}.

20 *ost. p. op.:* cf. XIV 623 s. 669. XIX 15 K. al. (*δι' ἔργων ἐπιδείκνυσθαι τὴν τέχνην.*)

24 *sanitatis:* in marg. *al' scientie;* cf. supra p. 5.

25 *solum sum:* l. *solum sim* (an *si solum?* cf. 46_{20}).

operibus artis et eis intendenti. ita deposco empiricum facere responsionem. si enim temptauerit discordiam factam de fine medicatiuae iudicare, cogetur dialectica theoremata tangere quae ipse ait euitare. demonstratum autem fuit et hoc a me per unum totum librum in quo ostenditur quis sit finis medicatiuae. multo autem magis neque rationes aliquas ipse petet sicut Serapio et Menodotus. opere enim oportet magis quam ratione ostendere artem, fugiendo dialecticam sine qua non est possibile petere sermones conclusiuos et syllogisticos. fingetque hoc talis, neque si horum ipsorum quae dixi est aliqua differentia scire; neque temptabit soluere rationes quae contrarium aliquod uidentur ostendere eis quae sunt euidentia, quas rationes uocant sophismata, sed spernet eas, et ab omnibus aliis rationibus quaecunque sunt de rebus immanifestis abcedet, considerans quomodo singulum sophismatum ita habet suasiones reprehensibiles ut neque dialecticis sint promptae eorum solutiones. at uero neque multiloquus neque longiloquus erit
p. 1227. empiricus, sed pauca loquetur et rara, sicut et Pyrrhon scepticus qui ueritatem quaerens et non inueniens ambigebat de omnibus immanifestis, in die operationibus sequens euidentia, de omnibus autem quae sunt extra haec ambigens. qualis autem est secundum totam uitam scepticus talis est circa medicatiuam empiricus, neque in gloria deficiens neque

4 *ait euitare:* cf. Serm. adu. Emp. p. 70 G ed. Frob. 1562 *quippe se tum alias disciplinas, tum dialecticen fugere concedent.* de sect. 5 (I 77 K.).

5 *librum:* cf. in Hipp. de acut. m. uict. comm. I 2 (XV 421 K). Ackermannus (p. CLXXXVIII K) inter eos posuit qui nondum typis uolgati tamen extent.

10 *hoc:* cf. 38_{14}. adnot.

10 *talis:* ὁ τοιοῦτος.

16 *reprehensibiles:* num *irreprehensibiles*?

21 *die:* quid hoc sit »ambigo«. expungerem modo dicere haberem unde natum sit. an *uitae* legendumst? cf. Laert. D. IX 62.

superbus existens et uir non plasmatus et absque uana gloria, sicut ait Timon fuisse Pyrrhonem. mirabuntur autem de arte eius homines, sicut de ea quae Hippocratis illi qui apud eum, si ostenderit per opera ipsam magnam, dearticulationes sanans melius aliis, et ea quae frequenter dearticulantur prohibens hoc pati, et sanans fracturas et plagas et ulcera et dispositiones quas non poterant alii curare, et praedicens ea quae futura sunt prouenire, et aliquando aliqua eorum quae sunt circa laborantem antequam interroget ab eo dicens ipse, et similiter aliqua eorum quae iam facta 14 F.
sunt. omnia enim huiusmodi ostendens Hippocrates gloriam Asclepii habuit ab omnibus qui secundum eum, non utique per deum interrogans eum qui per tria sermonem, sicut Serapio, neque tripodem, sicut Glaucias, aut libros scribens decem milium uerborum, deinde ipse rursus diuidens eos bifariam ut alteruter sit per se, aut sicut Menodotus qui nunquam defecit ab iniuria et bomolochia aduersus medicos, uel manifeste latrans sicut canis uel simpliciter iniurians sicut homo qui est in platea aut uituperans bomolochice, dicens eos drimymoros et drimyleones et deauratos et multis aliis

1 *uir:* fort. a Nic. adiectum; cf. 37 9 adnot.

1 *plasmatus: plasmatias* an *plasmaticus?* in marg. *al' pusillanimus* quae uidetur coniectura esse. Inc. *non composite ambulans, neque fucatis gestibus.* Cast. *dissimulator.*

5 *ea:* ed. pr. *eas.*

14 *tripodem:* cf. Sprengel, Hist. med. I ind.

14 ed. pr. *glaucius.*

15 *uerborum:* Inc. *uersuum,* admodum probabiliter; cf. supra p. 9. 11.

17 ed. pr. *bemolochia.*

18 *simpliciter:* ed. pr. *similiter;* in marg. *al's simpliciter (simpl. iniur.* opp. *manif. latr.).*

19 *homo in platea:* cf. supra p. 15.

20 ed. pr. *drimimoros* et *drimiliones.* Inc. *δριμυμώρους* et *δριμυλέοντας.* illud est in Steph. Thes. ed. Didot. ex Osanni symbola. qui cum c. 9. p. 65 (ed. Frob. 1562) idem legi dicit errat. *δριμυλέων* nescio cur non receptum sit.

20 *deauratos: χρυσοῦς,* cf. Laert. D. X 8 (*Πλάτωνα χρυσοῦν*).

talibus nominibus nuncupans dogmaticos qui ante ipsum medicos et philosophos. quoniam autem non est irreprehensibilis in empirica fallacia Menodotus, sed in dogmaticis ipsis est temerariorum ad enuntiationem, licet tibi discere
p. 1228. a nostris submemorationibus quas facimus de his quae in Seuerum ab eo dicta sunt; adhuc autem magis in illis in quibus contradicit Asclepiadi dicens quoniam certitudinaliter sciebat omnia eius dogmata esse falsa, quamuis infinities in multis suis conscriptionibus depoposcerit omnibus immanifestis accedere tanquam fortassis existentibus ueris fortassis autem non existentibus; sed in his in quibus redarguit Asclepiadem de ueritate, putat certitudinaliter interemisse uerba eius tanquam neque quod contingens habentia. sed Pyrrhon quem laudat non erat talis sed quietus quidem et mansuetus, uidelicet pauca uerba loquens, sicut conuenit, nisi aliqua necessitas adueniret; qualis aduenit quandoque medico uere empirico operibus magis et non uerborum multitudine gloriam sibi acquirenti; qui cum promisit dispositionem quandam magnam sanare, deinde deberet operari per chirurgiam et postea curare per pharmaca, sicut ostendit postea per opera; quare debente eo operari accessit quidam lirosus medicus et delirabat multa, euertens ratione

3 *fallacia:* Inc. *disciplina.* Cast. *facultate.* ego frustra quaesiui. eiusmodi aliquid qualia sunt *ἐποχὴ* uel *εὐλάβεια* requiritur (cf. *in dogmaticis ipsis*).

4 *temer.:* cf. XIX 52 (*τολμηρότατοι — — ἀποφαίνεσθαι*).

5 *submemor.:* de lib. prop. 9 (XIX 38 K).

5 *fecimus* legendum uidetur.

6 *in Seuerum:* ed. pr. *inseuere* (recte Inc.).

6 *in illis:* cf. de nat. fac. I 14 (II 52 K) *τὰ μὲν Ἀσκληπιάδου Μηνόδοτος ὁ ἐμπειρικὸς ἀφύκτως ἐξελέγχει.*

18 *promisit:* ed. pr. *promissit* ut 65_8 *commisserunt.*

21 *quare:* *ὥστε* ut uidetur pro *ὡς δὲ* ut 59_7 (*ὃς ἐπαγγειλάμενος — — εἶτ' ἔμελλε χειρουργεῖν — — δι' ἔργων· ὡς δὲ μέλλοντος αὐτοῦ χ. προσῆλθέ τις — — ἄνθρωπον, ἓν ῥῆμα λέγων — — ἐκράτησε.* cf. 59_{22}—60_2 graece).

22 *lirosus:* Ducang. *liramentum* pro eo quod est *deliramentum*

quoniam non oportet incidere hominem, unum uerbum dicens ipse laboranti et propriis eius uicit sophismata; uerbum autem fuit tale: ego quidem recedo ad praesens ut considerantes uos uerba istius et opera mea quae semper uidistis credatis cui placuerit uobis; et haec cum dixit recessit de domo. egressus est etiam et sophista necessario, quem delirare dimittentes proprii laborantis remiserunt ad illum qui operibus ostendebat artem et commiserunt ei curam. nedum enim ille, qui erat sophista, uerum etiam neque Demosthenes ipse, qui fuit peritissimus, suaderet unquam ut non committerent se homines his qui uere per opera ostenderunt hanc artem. et tamen p. 1229.
aduersus illum qui ualde ornauit eam Hippocratem Serapio nouus Asclepius a ruptuose incidere ausus est, relinquens sicut primus medicorum in dogmatibus laudes mirabiles sui ipsius, aliorum autem antiquorum a quibus adhuc et nunc ars decoratur neque parum memorans.

Cap. XII et ultimum in quo improbat empiricos in eo quod dicebant quod ad artium omnium constitutionem sufficiunt sensus et memoria.

In tantum autem ego deficio dicere partem esse empiriae medicinalis sermonem epilyticum idest solutiuum et anticategoreticum idest contraloquentem (ita enim eos uocant), quare increpo illos qui eos scripserunt, et maxime anticate-

positum inuenisse se testatur. Nic. fort. cum *ληρεῖν λῆρος* cet. illud conposuit.

1 XIV 628 K *ἓν μόνον φθεγξάμενος*.

2 *propriis:* ed. pr. *protinus*. in marg. *al' propriis;* cf. 65 3 *(uos)*.

6 *etiam: autem* legendum uidetur.

11 cf. Therap. III 7 (X 208 K) *Θεσσαλὸς ὁ δεύτερος Ἀσκληπιός*.

13 *a ruptuose:* Inc. *tanta impudentia*. Cast. *impudenter*. ego frustra quaesiui.

14 *dogmatibus:* Inc. *commentarios*. (*Σεραπίωνος δόγματα?*)

15 *ars decoratur:* cf. X 1011 K *κοσμῆσαι τὴν τέχνην*.

21 *idest solut., idest contr.:* cf. 37 9 adnot.

23 *quare:* *ὥστε* (*τοσοῦτον* 65 20).

lescens attulit id domino suo. ille autem bibens ipsum consimiliter illi qui erat in tugurio sanatus est. duo quidem sunt haec documenta experientiae quae ex casu; aliud uero est cum his tertium a nostra imitatione. quidam enim qui aegrotabat hac aegritudine philosophorum existens, qua secundum multos annos anxiabatur fortiter, et mori quam uiuere potius eligebat iacendo ita misere, manifestaui dictos duos casus ei. ipse autem erat expertus in auguriis auium et utebatur amico mirabiliter directo in tali doctrina. intendens igitur in auibus simul cum illo suasus est imitari ea quae per experientiam cognita sunt, et bibens uinum ita pharmacatum factus est leprosus. tempore autem post sanauimus eius lepram per pharmaca consueta. quartus autem ultra hos artem habens capere echidnas uiuas in principio erat passionis, communicabat autem nobiscum ut citissime sanaretur. uenam igitur ei incidentes et purgantes ipsum pharmaco euacuante quae nigra, uti echidnis quas
p. 1225. uenabatur iussimus, praeparando in olla sicut anguillas; et ille quidem ita curatus est transpirante ei passione. alius uero quidam uir diues non nostras sed de media Thracia uenit somnio mouente eum apud Pergamum; deinde deo iubente ei bibere de pharmaco quod per echidnas quolibet die et ungere ab extra corpus transcidit passio non multos post dies in lepram; curata fuit uero rursus et haec passio per pharmaca quae iussit deus. ex his autem omnibus experientiis nos promoti confisi fuimus uti pharmaco copioso quod per echidnas per modum quem dixit deus (nominant autem id theriacam antidotum), et adhuc sale theriacali, quod praeparant iam multi comburentes uiuas echidnas simul cum quibusdam pharmacis in uase figulari nouo, et cum his adhuc esu echidnarum. auferimus autem capita earum simul cum caudis, sicut et in paniculorum theriaca-

6 *sec. m. annos:* cf. supra p. 8.
7 *iacendo: διακειμένῳ.* uidetur *κειμένῳ* legisse.
31 *esu ech.: ἐχιδνῶν ἐδωδῇ* (XI 148).
32 *paniculorum:* ed. pr. *panniculorum* (*ἀρτίσκοι* XII 318 K).

lium praeparatione. non tamen simpliciter uel confestim uenimus ad singulum illorum sed purgamus prius, ut dictum est, et aliquando etiam phlebotomamus quando aetas non prohibet et affuerit robur. hoc, scilicet in uere incipere curam, commune est ad multas chronicas passiones. dicta 13 F. sunt autem a me haec ample quoniam multa secundum casum et imitationem eius inueniuntur. sicut enim nobis fortuna plura uidere ex casu unius auxilii praebuit, ita et secundum alium casum aliquid aliud eorum quae secundum artem inuentum est.

Cap. XI in quo per modum additionis in hoc libro agit de moribus et dictis quae debent esse in empiricis.

Iste quidem sermo est qui est proprius empiricae medi- 13 I. V. catiuae non indigens alia additione ad bene medicandum. addiderunt attamen illi qui uocauerunt seipsos praesides. ut autem sit manifestum quod dicitur non pigritabo pertransire in exemplo et id. proponatur itaque quaesitum esse, p. 1226. sicut et quaeritur, quis sit finis medicatiuae; ego quidem aio empiricum qui custodit firmiter suam haeresin respondere illi qui proposuit hoc problema ita: omnia quae sunt praeter naturam in corpore conor curare et ostendere per opera promissionem. siue igitur integritatem uolueris hoc uocare siue sanitatem siue acquisitionem integritatis siue acquisitionem sanitatis siue sanum esse siue sanari siue id quod est secundum naturam in corpore custodire et gubernare, nil differt, solum sum sufficiens ostendere per opera promissionem meam. audio autem sophistas non solum ea quae nunc dixi dicentes sed etiam alia adicientes et differentes abinuicem et conterentes tempus inuanum. mihi autem non est curae in multiloquium uanum aspicere, uacanti in

2 *dictum est:* 60 16.

20 *ost. p. op.:* cf. XIV 623 s. 669. XIX 15 K. al. (δι' ἔργων ἐπιδείκνυσθαι τὴν τέχνην.)

24 *sanitatis:* in marg. *al' scientie;* cf. supra p. 5.

25 *solum sum:* l. *solum sim* (an *si solum?* cf. 46 30).

operibus artis et eis intendenti. ita deposco empiricum facere responsionem. si enim temptauerit discordiam factam de fine medicatiuae iudicare, cogetur dialectica theoremata tangere quae ipse ait euitare. demonstratum autem fuit et hoc a me per unum totum librum in quo ostenditur quis sit finis medicatiuae. multo autem magis neque rationes aliquas ipse petet sicut Serapio et Menodotus. opere enim oportet magis quam ratione ostendere artem, fugiendo dialecticam sine qua non est possibile petere sermones conclusiuos et syllogisticos. fingetque hoc talis, neque si horum ipsorum quae dixi est aliqua differentia scire; neque temptabit soluere rationes quae contrarium aliquod uidentur ostendere eis quae sunt euidentia, quas rationes uocant sophismata, sed spernet eas, et ab omnibus aliis rationibus quaecunque sunt de rebus immanifestis abcedet, considerans quomodo singulum sophismatum ita habet suasiones reprehensibiles ut neque dialecticis sint promptae eorum solutiones. at uero neque multiloquus neque longiloquus erit p. 1227. empiricus, sed pauca loquetur et rara, sicut et Pyrrhon scepticus qui ueritatem quaerens et non inueniens ambigebat de omnibus immanifestis, in die operationibus sequens euidentia, de omnibus autem quae sunt extra haec ambigens. qualis autem est secundum totam uitam scepticus talis est circa medicatiuam empiricus, neque in gloria deficiens neque

4 *ait euitare:* cf. Serm. adu. Emp. p. 70 G ed. Frob. 1562 *quippe se tum alias disciplinas, tum dialecticen fugere concedent.* de sect. 5 (I 77 K.).

5 *librum:* cf. in Hipp. de acut. m. uict. comm. I 2 (XV 421 K). Ackermannus (p. CLXXXVIII K) inter eos posuit qui nondum typis uolgati tamen extent.

10 *hoc:* cf. 38 14. adnot.

10 *talis:* ὁ τοιοῦτος.

16 *reprehensibiles:* num *irreprehensibiles*?

21 *die:* quid hoc sit »ambigo«. expungerem modo dicere haberem unde natum sit. an *uitae* legendumst? cf. Laert. D. IX 62.

superbus existens et uir non plasmatus et absque uana gloria, sicut ait Timon fuisse Pyrrhonem. mirabuntur autem de arte eius homines, sicut de ea quae Hippocratis illi qui apud eum, si ostenderit per opera ipsam magnam, dearticulationes sanans melius aliis, et ea quae frequenter dearticulantur prohibens hoc pati, et sanans fracturas et plagas et ulcera et dispositiones quas non poterant alii curare, et praedicens ea quae futura sunt prouenire, et aliquando aliqua eorum quae sunt circa laborantem antequam interroget ab eo dicens ipse, et similiter aliqua eorum quae iam facta 14 F.
sunt. omnia enim huiusmodi ostendens Hippocrates gloriam Asclepii habuit ab omnibus qui secundum eum, non utique per deum interrogans eum qui per tria sermonem, sicut Serapio, neque tripodem, sicut Glaucias, aut libros scribens decem milium uerborum, deinde ipse rursus diuidens eos bifariam ut alteruter sit per se, aut sicut Menodotus qui nunquam defecit ab iniuria et bomolochia aduersus medicos, uel manifeste latrans sicut canis uel simpliciter iniurians sicut homo qui est in platea aut uituperans bomolochice, dicens eos drimymoros et drimyleones et deauratos et multis aliis

1 *uir:* fort. a Nic. adiectum; cf. 37 9 adnot.

1 *plasmatus: plasmatias* an *plasmaticus?* in marg. *al' pusillanimus* quae uidetur coniectura esse. Inc. *non composite ambulans, neque fucatis gestibus.* Cast. *dissimulator.*

5 *ea:* ed. pr. *eas.*

14 *tripodem:* cf. Sprengel, Hist. med. I ind.

14 ed. pr. *glaucius.*

15 *uerborum:* Inc. *uersuum,* admodum probabiliter; cf. supra p. 9. 11.

17 ed. pr. *bemolochia.*

18 *simpliciter:* ed. pr. *similiter;* in marg. *al's simpliciter (simpl. iniur.* opp. *manif. latr.).*

19 *homo in platea:* cf. supra p. 15.

20 ed. pr. *drimimoros* et *drimiliones.* Inc. *δριμυμώρους* et *δριμυλέοντας.* illud est in Steph. Thes. ed. Didot. ex Osanni symbola. qui cum c. 9. p. 65 (ed. Frob. 1562) idem legi dicit errat. *δριμυλέων* nescio cur non receptum sit.

20 *deauratos: χρυσοῦς,* cf. Laert. D. X 8 (*Πλάτωνα χρυσοῦν*).

talibus nominibus nuncupans dogmaticos qui ante ipsum medicos et philosophos. quoniam autem non est irreprehensibilis in empirica fallacia Menodotus, sed in dogmaticis ipsis est temerariorum ad enuntiationem, licet tibi discere p. 1228. a nostris submemorationibus quas facimus de his quae in Seuerum ab eo dicta sunt; adhuc autem magis in illis in quibus contradicit Asclepiadi dicens quoniam certitudinaliter sciebat omnia eius dogmata esse falsa, quamuis infinities in multis suis conscriptionibus depoposcerit omnibus immanifestis accedere tanquam fortassis existentibus ueris fortassis autem non existentibus; sed in his in quibus redarguit Asclepiadem de ueritate, putat certitudinaliter interemisse uerba eius tanquam neque quod contingens habentia. sed Pyrrhon quem laudat non erat talis sed quietus quidem et mansuetus, uidelicet pauca uerba loquens, sicut conuenit, nisi aliqua necessitas adueniret; qualis aduenit quandoque medico uere empirico operibus magis et non uerborum multitudine gloriam sibi acquirenti; qui cum promisit dispositionem quandam magnam sanare, deinde deberet operari per chirurgiam et postea curare per pharmaca, sicut ostendit postea per opera; quare debente eo operari accessit quidam lirosus medicus et delirabat multa, euertens ratione

3 *fallacia:* Inc. *disciplina.* Cast. *facultate.* ego frustra quaesiui. eiusmodi aliquid qualia sunt *ἐποχὴ* uel *εὐλάβεια* requiritur (cf. *in dogmaticis ipsis*).

4 *temer.:* cf. XIX 52 (*τολμηρότατοι — — ἀποφαίνεσθαι*).

5 *submemor.:* de lib. prop. 9 (XIX 38 K).

5 *fecimus* legendum uidetur.

6 *in Seuerum:* ed. pr. *inseuere* (recte Inc.).

6 *in illis:* cf. de nat. fac. I 14 (II 52 K) *τὰ μὲν Ἀσκληπιάδου Μηνόδοτος ὁ ἐμπειρικὸς ἀφύκτως ἐξελέγχει.*

18 *promisit:* ed. pr. *promissit* ut 65_{8} *commisserunt.*

21 *quare:* *ὥςτε* ut uidetur pro *ὡς δὲ* ut 59_{7} (*ὅς ἐπαγγειλάμενος — — εἶτ' ἔμελλε χειρουργεῖν — — δι' ἔργων· ὡς δὲ μέλλοντος αὐτοῦ χ. προςῆλθέ τις — — ἄνθρωπον, ἓν ῥῆμα λέγων — — ἐκράτησε.* cf. 59_{22}—60_{2} graece).

22 *lirosus:* Ducang. *liramentum* pro eo quod est *deliramentum*

quoniam non oportet incidere hominem, unum uerbum dicens ipse laboranti et propriis eius uicit sophismata; uerbum autem fuit tale: ego quidem recedo ad praesens ut considerantes uos uerba istius et opera mea quae semper uidistis credatis cui placuerit uobis; et haec cum dixit recessit de domo. egressus est etiam et sophista necessario, quem delirare dimittentes proprii laborantis remiserunt ad illum qui operibus ostendebat artem et commiserunt ei curam. nedum enim ille, qui erat sophista, uerum etiam neque Demosthenes ipse, qui fuit peritissimus, suaderet unquam ut non committerent se homines his qui uere per opera ostenderunt hanc artem. et tamen p. 1229. aduersus illum qui ualde ornauit eam Hippocratem Serapio nouus Asclepius a ruptuose incidere ausus est, relinquens sicut primus medicorum in dogmatibus laudes mirabiles sui ipsius, aliorum autem antiquorum a quibus adhuc et nunc ars decoratur neque parum memorans.

Cap. XII et ultimum in quo improbat empiricos in eo quod dicebant quod ad artium omnium constitutionem sufficiunt sensus et memoria.

In tantum autem ego deficio dicere partem esse empiriae medicinalis sermonem epilyticum idest solutiuum et anticategoreticum idest contraloquentem (ita enim eos uocant), quare increpo illos qui eos scripserunt, et maxime anticate-

positum inuenisse se testatur. Nic. fort. cum ληρεῖν λῆρος cet. illud conposuit.

1 XIV 628 K ἓν μόνον φθεγξάμενος.

2 *propriis:* ed. pr. *protinus.* in marg. *al' propriis;* cf. 65 3 *(uos).*

6 *etiam; autem* legendum uidetur.

11 cf. Therap. III 7 (X 208 K) *Θεσσαλὸς ὁ δεύτερος Ἀσκληπιός.*

13 *a ruptuose:* Inc. *tanta impudentia.* Cast. *impudenter.* ego frustra quaesiui.

14 *dogmatibus:* Inc. *commentarios.* (*Σεραπίωνος δόγματα?*)

15 *ars decoratur:* cf. X 1011 K *κοσμῆσαι τὴν τέχνην.*

21 *idest solut., idest contr.:* cf. 37 9 adnot.

23 *quare:* *ὥςτε* (*τοσοῦτον* 65 20).

[illegible] quem et ad haereses nominant. non enim pu-tant uidere ueritatem quae est in eis, sufficere credentes sensum euidentem et memoriam ad totum omnium constitutionem. uel necessarium est praesupponere in nobis aliquam uirtutem consideratiuam et [illegible] repugnantis et consequentis. si quidem non est aliqua talis uirtus in ipsis, non [illegible] uel in his interuenientes sermones uel [illegible] si uero est aliqua talis uirtus in anima nostra, sicut Heraclides Tarentinus et alii quidam uiri qui nominauerunt se empiricos aestimant, eruditi sunt primo in illa uirtute. ego namque puto esse uirtutem aliquam talem in hominibus: Tarentinus autem [illegible] est quidem nouit, et uidetur uti ea in multis. sicut autem qui permansit inexercitatus in ipsa tantum est deterior medicus Hippocrate quantum est melior eo Menodotus. multotiens quidem introducens aliud tertium praeter memoriam et sensum, et uocans epilogismum hoc tertium, multotiens autem et praeter memoriam nihil aliud ponens quam epilogismum, sicut in iudicatione eorum quae ad Seuerum ab eo scripta sunt ostendi. scribere uero sophi-p. 12a. smata ad redargutionem ut ipse dicit aliorum empiricorum non est solum non curiale sed summe rude etiam. non enim est operatio artis empiricorum soluere sophismata, sed Aristotelis et Chrysippi et aliorum circa logicam theoriam exercitatorum. si uero oportet concedere ut adiciatur suae rationi empiria, hoc non solum fecit sufficienter Theudas in introductorio, immo et superflue in aliquibus. dictum est

1 *ad haereses:* cf. de lib. prop. 9 (XIX 38K) Σεραπίωνος πρὸς τὰς αἱρέσεις.

2 *ueritatem:* legendum uidetur *uirtutem*, cf. 66 5. 9. 11. 12.

14 *inexercitatus:* ed. pr. *ut exercitatus.*

16 *eo:* Heraclide; *tantum quantum* (66 15) non est premendum.

19 *quam epilogismum: quam sensum* puto.

19 *in iudicatione:* cf. 64 5 adnot.

22 *curiale*: cf. Ducang. *(gall. courtois).*

autem a me et de his sufficienter in monumentis scriptis in eius introductorio. et nunc demum scripsi hunc librum 15 F. ostendens quomodo possibile sit ei qui permittit substantiam totam inuenire constituere medicatiuam artem empirice absque quod coadsit usus rationis. quae autem conatus est dicere Asclepiades sophistice quod empiria est inconsistibilis, per alium librum dudum a me factum soluta sunt. quantum autem iuuat in unaquaque arte uera ratio adiecta his quae per experientiam cognita sunt, in libris therapeuticae methodi scriptum est. demonstratum est etiam quoniam una est ratio quam naturaliter habemus omnes homines per aliud negotium in quo de communi ratione pertransiui, ostendens quod omnia de quibus enuntiamus alia quidem ex sensu cognita sunt solo, alia uero cum eo [quidem] quod aduenit eis aliqua logica seu rationalis notitia assequentis et repugnantis, et esse notitiae eorum quae assequuntur hanc quidem ex necessitate quam euidenter uident qui sunt natura syneti, aliam uero esse contingentem non tamen ex necessitate consistentem, et errare plurimos hominum prae temeritate ponendo quod est contingens ut necessarium; in quo modo et dogmatica dissonantia habuit generationem, a qua si abstinuerimus a pluribus quidem

1 *in monumentis* cet.: de lib. prop. 9 (XIX 38 K).
3 *qui permittit* cet.: *τῷ ἀφιεμένῳ τοῦ — — εὑρίσκειν.*
5 *quae* cet.: cf. de sect. 5 (I 75 K).
7 *alium librum:* fortasse eum quem de lib. prop. 8 (XIX 38 K) memorat *ὀκτὼ π. τ. Ἀσκλ. δογμάτων.*
9 *ther. meth.:* Therap. I 3 (X 28 ss. K) II 6 (X 122 ss. K) al.
10 *una:* fort. pro *τις* legit *εἷς.*
12 *aliud negotium:* cf. de lib. prop. 12 (XIX 44 K). (*neg. πραγματεία.*)
14 *quidem:* ex superiore uersu delapsum, cf. 54 12 adnot.
15 *seu rationalis:* cf. 37 9 adnot.
16 *notitiae:* ed. pr. *notie;* de genet. cf. 51 9 adnot.
18 *natura syneti:* *φύσει συνετοί* cf. X 30. 944. XIX 53 K al.

superabimur, enuntiabimus uero de aliquibus consimiliter
p. 133 adinuicem sicut geometrae et rationales et arithmetrici. contingit autem et empiricos medicos discordari abinuicem propter eandem causam, sicut in monumentis quae de dissonantia eorum dictum est.

Explicit liber Galeni qui dicitur subfiguratio empirica translatus a magistro Nicolao de Regio de Calabria anno domini Mcccxli de mense maii.

1 *superabimur*: Inc. recte ut uidetur interpretatus: *plura quidem erunt quae ignorabimus propter immensam difficultatem.*

1 *enuntiabimus* cet.: Therap. I 4 (X 34 K) πάντως ἂν που συνεφώνησαν ἀλλήλοις ὥσπερ οἱ ἀριθμητικοί τε καὶ γεωμέτραι καὶ οἱ λογιστικοί (ἀρ. et λογιστ. etiam XIX 59 K).

2 *arithm.*: fort. de metris cogitauit Nic.

4 *in monumentis* cet.: cf. de lib. prop. 9 (XIX 38 K).

de: om. ed. pr.

Galeni de simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus l. XI c. 1. (XII 312 ss. K) *ὅτι δὲ καθαίρουσιν (αἱ τῶν ἐχιδνῶν σάρκες) διὰ τοῦ δέρματος ἅπαν τὸ σῶμα γνῶναί σοι πάρεστι κἀξ ὧν ἐπειράθην ἐγὼ ἔτι νέος γενόμενος ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας· ὧν ἕκαστον ἐφεξῆς ἤδη* [58 21 Nic.] *δίειμι. ἄνθρωπος νοσῶν τὸ καλούμενον πάθος ἐλέφαντα μέχρι μέν τινος ὁμοδίαιτος ἦν τοῖς συνήθεσιν, ἐπεὶ δ' ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ὁμιλίας ἐκοινώνησαν μὲν* [25] *ἔνιοι τοῦ πάθους, αὐτὸς δὲ δυςώδης ἦν ἤδη καὶ εἰδεχθής, καλύβην αὐτῷ πηξάμενοι πλησίον τῆς κώμης ἐπὶ χθαμαλοῦ του λόφου παρά τινι πηγῇ ἱδρύουσιν ἐν αὐτῇ τὸν ἄνθρω-* [59] *πον φέροντες τροφὰς αὐτῷ ἐφ' ἡμέραν τοσαύτας ὅσον ἀποζῆν ἱκανῶς. περὶ δὲ κυνὸς ἐπιτολὴν θερισταῖς πλησίον αὐτοῦ θερίζουσιν ἐκομίσθη τις οἶνος ἐν κεραμίῳ μάλ' εὐώδης· ὃν ὁ μὲν κομίσας ἐγγὺς τῶν θεριζόντων καταθεὶς ἐχω-* [5] *ρίσθη· τοῖς δ' ὡς ἧκεν ὁ καιρὸς τοῦ πίνειν ἔθος μὲν ἦν αὐτοῖς ἐκχέουσιν εἰς κρατῆρα μεθ' ὕδατος συμμέτρου κεραννύναι τὸν οἶνον· ὡς δὲ ἀνελομένου νεανίσκου τὸ κεράμιον ἐξέχεον τότε τὸν οἶνον εἰς τὸν κρατῆρα συνεξέπεσεν ἔχιδνα νεκρά· δείσαντες οὖν οἱ θερισταὶ μή τι πάθοιεν ἐκ τοῦ πόματος αὐτοὶ μὲν ὕδατος ἔπιον, ὡς δ' ἀπηλλάττοντο χα-* [10] *ρίζονται δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας τῷ τὸν ἐλέφαντα νοσοῦντι τὸν ὅλον οἶνον, ἄμεινον αὐτῷ κρίναντες εἶναι τεθνάναι μᾶλ-*

11 *του*: *τοῦ* uolg.
12 *ἡμέραν*: *ἡμέρᾳ* ed. Basil. a. 1538; *ἡμέρας* Kuehn.
15 *ὅν*: om. uolg.
17 *εἰς*: om. ed. Bas.; *ἐκχέουσι κρατῆρα* Charterius K.
19 *ἐξέχεον τότε*: *ἐξαιροῦντά τε* uolg.; *accipiente puero urceum ac fundente uinum in craterem* ed. Bonardi Venet. a. 1490; cf. Subfig.

λον ἢ ζῆν τοιούτῳ. ὁ δ' ἐκ τούτου πίνων ὑγιὴς ἐγένετο θαυμαστόν τινα τρόπον. ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸ τοῦ δέρματος ὀχθῶδες ἀπέπεσεν ὡς τῶν μαλακοστράκων ζώων τὸ σκέπασμα. ὅσον δ' ὑπόλοιπον ἦν ἔτι μαλακὸν ἱκανῶς ἐφαίνετο καθάπερ τὸ τῶν καράβων τε καὶ καρκίνων ὅταν ἀποπέσῃ τὸ πέριξ ὄστρακον. ἕτερον τοιοῦτον ἐξ ὁμοίας περιπτώσεως ἐγένετο κατὰ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Μυσίαν οὐ πόρρω τῆς ἡμετέρας πόλεως. ἄνθρωπος ἐλέφαντι κάμνων ἐπὶ χρῆσιν ὥρμησεν ὑδάτων θερμῶν αὐτοφυῶν ὠφελείας ἐλπίδι. παλλακὶς δ' ἦν αὐτῷ δούλη νέα τε καὶ καλὴ πολλοὺς ἐραστὰς ἔχουσα· ταύτῃ καὶ ἄλλα μέν τινα τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ἀτὰρ οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸ ταμιεῖον ἐπίστευεν ὁ κάμνων. ὡς δὲ καταχθέντων αὐτῶν ἡνίκ' ἐχρῆτο τοῖς ὕδασιν ἐν οἰκίᾳ παρακείμενον ἐχούσῃ χωρίον αὐχμηρὸν ἐχιδνῶν μεστὸν ἐμπεσοῦσά τις αὐτῶν εἰς οἴνου κεράμιον ἀμελῶς κείμενον ἐναπέθανεν, ἕρ-
60 μαιον ἡγησαμένη τὸ κατὰ τύχην ἐκβὰν ἡ παλλακὴ τῷ δεσπότῃ τὸν οἶνον ἐκ τούτου προςέφερεν. ὁ δὲ πίνων αὐτὸν τῷ κατὰ τὴν καλύβην ὡςαύτως ὑγιάσθη. δύο μὲν ἤδη σοι ταῦτα διδάγματα τῆς κατὰ [τὴν] περίπτωσιν πείρας· ἕτερον δ' ἐπ' αὐτοῖς τρίτον ἐξ ἡμετέρας μιμήσεως. ἐπειδὴ γάρ τις νοσῶν τοῦτο τὸ νόσημα φιλοσοφώτερος ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐδυςχέραινέ τε δεινῶς καὶ τεθνάναι βέλτιον ἢ ζῆν ἔφασκεν εἶναι διακειμένῳ οὕτως ἀθλίως, ἐδήλωσα τὰς προειρημένας δύο περιπτώσεις αὐτῷ. ὁ δ' αὐτός τε γὰρ ἦν ἔμπειρος οἰωνῶν ἐχρῆτό τε φίλῳ θαυμαστῶς κατορθοῦντι τὸ μάθημα καθίσας ἐπ' ὄρνισιν ἅμ' ἐκείνῳ προὐτράπη τε μιμήσασθαι τὰ διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα καὶ πίνων οἶνον οὕτω φαρμαχθέντα λεπρώδης ἐγένετο. χρόνῳ δ' ὕστερον ἰασάμεθα καὶ τὴν λέπραν αὐτοῦ τοῖς συνήθεσι φαρμάκοις. τέταρτος ἐπὶ τούτῳ τέχνην πεποιημένος ἐχίδνας ζώσας συλ-

1 πίνων: non semel, cf. u. 17. 27. p. 71 u. 9 s. (17 **προςέφερεν**).
17 αὐτόν: **αὐτό** uolg.
19 τήν: incl. Vsener.
23 male interpungunt uolg.
24 αὐτῷ: ed. Bas. **αὐτῶν** K.

λαμβάνειν ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν τοῦ πάθους ἐκείνου προσέκειτο δ' ἡμῖν ὅπως ἰαθῇ τάχιστα. φλέβα τε οὖν αὐτοῦ τεμόντες καὶ καθήραντες φαρμάκῳ μέλαιναν κενοῦντι χρήσασθαι ταῖς ἀγρευομέναις ἐχίδναις συνεβουλεύσαμεν ἐν λοπάδι σκευάζοντι καθάπερ τὰς ἐγχέλεις. οὗτος μὲν οὖν οὕτως ἐθεραπεύθη διαπνεύσαντος αὐτῷ τοῦ πάθους. ἄλλος δέ τις ἀνὴρ πλούσιος οὐχ ἡμεδαπὸς οὗτός γε ἀλλ' ἐκ μέσης Θρᾴκης ἧκεν ὀνείρατος προτρέψαντος αὐτὸν εἰς τὸ Πέργαμον· εἶτα τοῦ θεοῦ προστάξαντος ὄναρ αὐτῷ πίνειν τε τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ χρίειν ἔξωθεν τὸ σῶμα μετέπεσεν τὸ πάθος οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας εἰς λέπραν, ἐθεραπεύθη τε πάλιν οἷς ὁ θεὸς ἐκέλευεν φαρμάκοις καὶ τοῦτο τὸ νόσημα.

1 *προσέκειτο*: *προὔκειτο* uolg. *instabat autem nobis* Bon. cf. in Subfig. Nic. quem secuti sunt Ino. *(me pro salute consuluit)* et Cast. *(consulebat nos ut . . sanitati redderemus)*.

Subfigurationis 58_{21}—60_{25}. Incerto interprete, ed. Iunt. 1550 Isag. libb. p. 33s. c. 12.

Sane illud commodissimum exemplum est, quod nunc 58 21 N.
mihi dicendum succurrit. Erat apud nos in Asia in pago quodam elephantiasi uir laborans, qui primo quidem reliquis conuiuebat, ac cum familiaribus uersabatur, ubi uero nonnulli ex consuetudine contagio maculari coeperunt, ipseque iam foetore, et horribili specie detestandus esset, in edito loco prope pagum iuxta aquae riuulum Pagani tabernaculum 59
aegro habitandum struxere, cui deinceps diarium alimentum subministrarent. proxima aestate circa Canis ortum colonis uicinam metentibus segetem minister odorati uini lagenam, quam attulerat prope agri marginem dimittens, abiit. Coloni labore functi cum ad pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens uinum in craterem funderet, ecce exanimata uipera simul collapsa bibituros non minus abominatione quam metu consternauit, ac ipsi quidem aquam potantes,

operibus artis et eis intendenti. ita deposco empiricum facere responsionem. si enim temptauerit discordiam factam de fine medicatiuae iudicare, cogetur dialectica theoremata tangere quae ipse ait euitare. demonstratum autem fuit et hoc a me per unum totum librum in quo ostenditur quis sit finis medicatiuae. multo autem magis neque rationes aliquas ipse petet sicut Serapio et Menodotus. opere enim oportet magis quam ratione ostendere artem, fugiendo dialecticam sine qua non est possibile petere sermones conclusiuos et syllogisticos. fingetque hoc talis, neque si horum ipsorum quae dixi est aliqua differentia scire; neque temptabit soluere rationes quae contrarium aliquod uidentur ostendere eis quae sunt euidentia, quas rationes uocant sophismata, sed spernet eas, et ab omnibus aliis rationibus quaecunque sunt de rebus immanifestis abcedet, considerans quomodo singulum sophismatum ita habet suasiones reprehensibiles ut neque dialecticis sint promptae eorum solutiones. at uero neque multiloquus neque longiloquus erit p. 1227. empiricus, sed pauca loquetur et rara, sicut et Pyrrhon scepticus qui ueritatem quaerens et non inueniens ambigebat de omnibus immanifestis, in die operationibus sequens euidentia, de omnibus autem quae sunt extra haec ambigens. qualis autem est secundum totam uitam scepticus talis est circa medicatiuam empiricus, neque in gloria deficiens neque

4 *ait euitare:* cf. Serm. adu. Emp. p. 70 G ed. Frob. 1562 *quippe se tum alias disciplinas, tum dialecticen fugere concedent.* de sect. 5 (I 77 K.).

5 *librum:* cf. in Hipp. de acut. m. uict. comm. I 2 (XV 421 K). Ackermannus (p. CLXXXVIII K) inter eos posuit qui nondum typis uolgati tamen extent.

10 *hoc:* cf. 38 14. adnot.

10 *talis:* ὁ τοιοῦτος.

16 *reprehensibiles:* num *irreprehensibiles*?

21 *die:* quid hoc sit »ambigo«. expungerem modo dicere haberem unde natum sit. an *uitae* legendumst? cf. Laert. D. IX 62.

superbus existens et uir non plasmatus et absque uana gloria, sicut ait Timon fuisse Pyrrhonem. mirabuntur autem de arte eius homines, sicut de ea quae Hippocratis illi qui apud eum, si ostenderit per opera ipsam magnam, dearticulationes sanans melius aliis, et ea quae frequenter dearticulantur prohibens hoc pati, et sanans fracturas et plagas et ulcera et dispositiones quas non poterant alii curare, et praedicens ea quae futura sunt prouenire, et aliquando aliqua eorum quae sunt circa laborantem antequam interroget ab eo dicens ipse, et similiter aliqua eorum quae iam facta 14 F. sunt. omnia enim huiusmodi ostendens Hippocrates gloriam Asclepii habuit ab omnibus qui secundum eum, non utique per deum interrogans eum qui per tria sermonem, sicut Serapio, neque tripodem, sicut Glaucias, aut libros scribens decem milium uerborum, deinde ipse rursus diuidens eos bifariam ut alteruter sit per se, aut sicut Menodotus qui nunquam defecit ab iniuria et bomolochia aduersus medicos, uel manifeste latrans sicut canis uel simpliciter iniurians sicut homo qui est in platea aut uituperans bomolochice, dicens eos drimymoros et drimyleones et deauratos et multis aliis

1 *uir:* fort. a Nic. adiectum; cf. 37 9 adnot.

1 *plasmatus: plasmatias* an *plasmaticus?* in marg. *al' pusillanimus* quae uidetur coniectura esse. Inc. *non composite ambulans, neque fucatis gestibus.* Cast. *dissimulator.*

5 *ea:* ed. pr. *eas.*

14 *tripodem:* cf. Sprengel, Hist. med. I ind.

14 ed. pr. *glaucius.*

15 *uerborum:* Inc. *uersuum*, admodum probabiliter; cf. supra p. 9. 11.

17 ed. pr. *bemolochia.*

18 *simpliciter:* ed. pr. *similiter;* in marg. *al's simpliciter (simpl. iniur.* opp. *manif. latr.).*

19 *homo in platea:* cf. supra p. 15.

20 ed. pr. *drimimoros* et *drimiliones.* Inc. *δριμυμώρους* et *δριμυλέοντας.* illud est in Steph. Thes. ed. Didot. ex Osanni symbola. qui cum c. 9. p. 65 (ed. Frob. 1562) idem legi dicit errat. *δριμυλέων* nescio cur non receptum sit.

20 *deauratos: χρυσοῦς*, cf. Laert. D. X 8 (*Πλάτωνα χρυσοῦν*).

talibus nominibus nuncupans dogmaticos qui ante ipsum medicos et philosophos. quoniam autem non est irreprehensibilis in empirica fallacia Menodotus, sed in dogmaticis ipsis est temerariorum ad enuntiationem, licet tibi discere p. 1228. a nostris submemorationibus quas facimus de his quae in Seuerum ab eo dicta sunt; adhuc autem magis in illis in quibus contradicit Asclepiadi dicens quoniam certitudinaliter sciebat omnia eius dogmata esse falsa, quamuis infinities in multis suis conscriptionibus depoposcerit omnibus immanifestis accedere tanquam fortassis existentibus ueris fortassis autem non existentibus; sed in his in quibus redarguit Asclepiadem de ueritate, putat certitudinaliter interemisse uerba eius tanquam neque quod contingens habentia. sed Pyrrhon quem laudat non erat talis sed quietus quidem et mansuetus, uidelicet pauca uerba loquens, sicut conuenit, nisi aliqua necessitas adueniret; qualis aduenit quandoque medico uere empirico operibus magis et non uerborum multitudine gloriam sibi acquirenti; qui cum promisit dispositionem quandam magnam sanare, deinde deberet operari per chirurgiam et postea curare per pharmaca, sicut ostendit postea per opera; quare debente eo operari accessit quidam lirosus medicus et delirabat multa, euertens ratione

3 *fallacia:* Inc. *disciplina.* Cast. *facultate.* ego frustra quaesiui. eiusmodi aliquid qualia sunt ἐποχὴ uel εὐλάβεια requiritur (cf. *in dogmaticis ipsis*).

4 *temer.:* cf. XIX 52 (τολμηρότατοι — — ἀποφαίνεσθαι).

5 *submemor.:* de lib. prop. 9 (XIX 38 K).

5 *fecimus* legendum uidetur.

6 *in Seuerum:* ed. pr. *inseuere* (recte Inc.).

6 *in illis:* cf. de nat. fac. I 14 (II 52 K) τὰ μὲν Ἀσκληπιάδου Μηνόδοτος ὁ ἐμπειρικὸς ἀφύκτως ἐξελέγχει.

18 *promisit:* ed. pr. *promissit* ut 65_8 *commisserunt*.

21 *quare:* ὥστε ut uidetur pro ὡς δὲ ut 59_7 (ὃς ἐπαγγειλάμενος — — εἶτ' ἔμελλε χειρουργεῖν — — δι' ἔργων· ὡς δὲ μέλλοντος αὐτοῦ χ. προσῆλθέ τις — — ἄνθρωπον, ἓν ῥῆμα λέγων — — ἐκράτησε. cf. 59_{22}—60_2 graece).

22 *lirosus:* Ducang. *liramentum* pro eo quod est *deliramentum*

quoniam non oportet incidere hominem, unum uerbum dicens ipse laboranti et propriis eius uicit sophismata; uerbum autem fuit tale: ego quidem recedo ad praesens ut considerantes uos uerba istius et opera mea quae semper uidistis credatis cui placuerit uobis; et haec cum dixit recessit de domo. egressus est etiam et sophista necessario, quem delirare dimittentes proprii laborantis remiserunt ad illum qui operibus ostendebat artem et commiserunt ei curam. nedum enim ille, qui erat sophista, uerum etiam neque Demosthenes ipse, qui fuit peritissimus, suaderet unquam ut non committerent se homines his qui uere per opera ostenderunt hanc artem. et tamen p. 1229.
aduersus illum qui ualde ornauit eam Hippocratem Serapio nouus Asclepius a ruptuose incidere ausus est, relinquens sicut primus medicorum in dogmatibus laudes mirabiles sui ipsius, aliorum autem antiquorum a quibus adhuc et nunc ars decoratur neque parum memorans.

Cap. XII et ultimum in quo improbat empiricos in eo quod dicebant quod ad artium omnium constitutionem sufficiunt sensus et memoria.

In tantum autem ego deficio dicere partem esse empiriae medicinalis sermonem epilyticum idest solutiuum et anticategoreticum idest contraloquentem (ita enim eos uocant), quare increpo illos qui eos scripserunt, et maxime anticate-

positum inuenisse se testatur. Nic. fort. cum λῃρεῖν λῆρος cet. illud conposuit.

1 XIV 628 K ἓν μόνον φθεγξάμενος.

2 *propriis:* ed. pr. *protinus.* in marg. *al' propriis;* cf. 65_{3} *(uos).*

6 *etiam; autem* legendum uidetur.

11 cf. Therap. III 7 (X 208 K) Θεσσαλὸς ὁ δεύτερος Ἀσκληπιός.

13 *a ruptuose:* Inc. *tanta impudentia.* Cast. *impudenter.* ego frustra quaesiui.

14 *dogmatibus:* Inc. *commentarios.* (Σεραπίωνος δόγματα?)

15 *ars decoratur:* cf. X 1011 K κοσμῆσαι τὴν τέχνην.

21 *idest solut., idest contr.:* cf. 37_{9} adnot.

23 *quare:* ὥστε (τοσοῦτον 65_{20}).

goreticum, quem et ad haereses nominant. non enim putant iudicare ueritatem quae est in eis, sufficere credentes sensum euidentem et memoriam ad artium omnium constitutionem. sed necessarium est praesupponere in nobis aliquam uirtutem consideratiuam et iudicatiuam repugnantis et assequentis. si igitur non est aliqua talis uirtus in ipsis, non temptabimus penitus uel ut nos interrogemus sermones uel ut eos qui male interrogati sunt redarguamus. si uero est aliqua talis uirtus in anima nostra, sicut Heraclides Tarentinus et alii quidam uiri qui nominauerunt se empiricos aestimant, erudiendi sunt primo in illa uirtute. ego namque puto esse uirtutem aliquam talem in hominibus; Tarentinus autem quoniam est quidem nouit, et uidetur uti ea in multis, sicut autem qui permansit inexercitatus in ipsa tantum est deterior medicus Hippocrate quantum est melior eo Menodotus, multotiens quidem introducens aliud tertium praeter memoriam et sensum, et uocans epilogismum hoc tertium, multotiens autem et praeter memoriam nihil aliud ponens quam epilogismum, sicut in iudicatione eorum quae ad Seuerum ab eo scripta sunt ostendi. scribere uero sophi-
p. 1230. smata ad redargutionem ut ipse dicit aliorum empiricorum non est solum non curiale sed summe rude etiam. non enim est operatio artis empiricorum soluere sophismata, sed Aristotelis et Chrysippi et aliorum circa logicam theoriam exercitatorum. si uero oportet concedere ut adiciatur suae rationi empiria, hoc non solum fecit sufficienter Theudas in introductorio, immo et superflue in aliquibus. dictum est

1 *ad haereses:* cf. de lib. prop. 9 (XIX 38K) *Σεραπίωνος πρὸς τὰς αἱρέσεις.*

2 *ueritatem:* legendum uidetur *uirtutem*, cf. 66 5. 9. 11. 12.

14 *inexercitatus:* ed. pr. *ut exercitatus.*

16 *eo:* Heraclide; *tantum quantum* (66 15) non est premendum.

19 *quam epilogismum: quam sensum* puto.

19 *in iudicatione:* cf. 64 5 adnot.

22 *curiale*: cf. Ducang. *(gall. courtois).*

autem a me et de his sufficienter in monumentis scriptis in eius introductorio. et nunc demum scripsi hunc librum 15 F. ostendens quomodo possibile sit ei qui permittit substantiam totam inuenire constituere medicatiuam artem empirice absque quod coadsit usus rationis. quae autem conatus est dicere Asclepiades sophistice quod empiria est inconsistibilis, per alium librum dudum a me factum soluta sunt. quantum autem iuuat in unaquaque arte uera ratio adiecta his quae per experientiam cognita sunt, in libris therapeuticae methodi scriptum est. demonstratum est etiam quoniam una est ratio quam naturaliter habemus omnes homines per aliud negotium in quo de communi ratione pertransiui, ostendens quod omnia de quibus enuntiamus alia quidem ex sensu cognita sunt solo, alia uero cum eo [quidem] quod aduenit eis aliqua logica seu rationalis notitia assequentis et repugnantis, et esse notitiae eorum quae assequuntur hanc quidem ex necessitate quam euidenter uident qui sunt natura syneti, aliam uero esse contingentem non tamen ex necessitate consistentem, et errare plurimos hominum prae temeritate ponendo quod est contingens ut necessarium; in quo modo et dogmatica dissonantia habuit generationem, a qua si abstinuerimus a pluribus quidem

1 *in monumentis* cet.: de lib. prop. 9 (XIX 38 K).

3 *qui permittit* cet.: *τῷ ἀφιεμένῳ τοῦ — — εὑρίσκειν.*

5 *quae* cet.: cf. de sect. 5 (I 75 K).

7 *alium librum:* fortasse eum quem de lib. prop. 8 (XIX 38 K) memorat *ὀκτὼ π. τ. Ἀσκλ. δογμάτων.*

9 *ther. meth.:* Therap. I 3 (X 28 ss. K) II 6 (X 122 ss. K) al.

10 *una:* fort. pro *τις* legit *εἷς.*

12 *aliud negotium:* cf. de lib. prop. 12 (XIX 44 K). (*neg. πραγματεία.*)

14 *quidem:* ex superiore uersu delapsum, cf. 54 12 adnot.

15 *seu rationalis:* cf. 37 9 adnot.

16 *notitiae:* ed. pr. *notie;* de genet. cf. 51 9 adnot.

18 *natura syneti:* *φύσει συνετοί* cf. X 30. 944. XIX 53 K al.

superabimur, enuntiabimus uero de aliquibus consimiliter p. 1281. adinuicem sicut geometrae et rationales et arithmetrici. contingit autem et empiricos medicos discordari abinuicem propter eandem causam, sicut in monumentis quae de dissonantia eorum dictum est.

Explicit liber Galeni qui dicitur subfiguratio empirica translatus a magistro Nicolao de Regio de Calabria anno domini Mcccxli de mense maii.

1 *superabimur:* Inc. recte ut uidetur interpretatus: *plura quidem erunt quae ignorabimus propter immensam difficultatem.*

1 *enuntiabimus* cet.: Therap. I 4 (X 34 K) *πάντως ἄν που συνεφώνησαν ἀλλήλοις ὥςπερ οἱ ἀριθμητικοί τε καὶ γεωμέτραι καὶ οἱ λογιστικοί* (*ἀρ.* et *λογιστ.* etiam XIX 59 K).

2 *arithm.:* fort. de metris cogitauit Nic.

4 *in monumentis* cet.: cf. de lib. prop. 9 (XIX 38 K).

de: om. ed. pr.

Galeni de simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus l. XI c. 1. (XII 312 ss. K) ὅτι δὲ καθαίρουσιν (αἱ τῶν ἐχιδνῶν σάρκες) διὰ τοῦ δέρματος ἅπαν τὸ σῶμα γνῶναί σοι πάρεστι κἀξ ὧν ἐπειράθην ἐγὼ ἔτι νέος γενόμενος ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας· ὧν ἕκαστον ἐφεξῆς ἤδη 58 21 Nic. δίειμι. ἄνθρωπος νοσῶν τὸ καλούμενον πάθος ἐλέφαντα μέχρι μέν τινος ὁμοδίαιτος ἦν τοῖς συνήθεσιν, ἐπεὶ δ' ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ὁμιλίας ἐκοινώνησαν μὲν ἔνιοι τοῦ πάθους, αὐτὸς δὲ δυςώδης ἦν ἤδη καὶ εἰδεχθής, καλύβην αὐτῷ πηξάμενοι πλησίον τῆς κώμης ἐπὶ χθαμαλοῦ του λόφου παρά τινι πηγῇ ἱδρύουσιν ἐν αὐτῇ τὸν ἄνθρωπον 59 φέροντες τροφὰς αὐτῷ ἐφ' ἡμέραν τοσαύτας ὅσον ἀποζῆν ἱκανῶς. περὶ δὲ κυνὸς ἐπιτολὴν θερισταῖς πλησίον αὐτοῦ θερίζουσιν ἐκομίσθη τις οἶνος ἐν κεραμίῳ μάλ' εὐώδης· ὃν ὁ μὲν κομίσας ἐγγὺς τῶν θεριζόντων καταθεὶς ἐχωρίσθη· τοῖς δ' ὡς ἧκεν ὁ καιρὸς τοῦ πίνειν ἔθος μὲν ἦν αὐτοῖς ἐκχέουσιν εἰς κρατῆρα μεθ' ὕδατος συμμέτρου κεραννύναι τὸν οἶνον· ὡς δὲ ἀνελομένου νεανίσκου τὸ κεράμιον ἐξέχεον τότε τὸν οἶνον εἰς τὸν κρατῆρα συνεξέπεσεν ἔχιδνα νεκρά· δείσαντες οὖν οἱ θερισταὶ μή τι πάθοιεν ἐκ τοῦ πόματος αὐτοὶ μὲν ὕδατος ἔπιον, ὡς δ' ἀπηλλάττοντο χαρίζονται δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας τῷ τὸν ἐλέφαντα νοσοῦντι τὸν ὅλον οἶνον, ἄμεινον αὐτῷ κρίναντες εἶναι τεθνάναι μᾶλ-

11 *του*: *τοῦ* uolg.

12 *ἡμέραν*: *ἡμέρᾳ* ed. Basil. a. 1538; *ἡμέρας* Kuehn.

15 *ὃν*: om. uolg.

17 *εἰς*: om. ed. Bas.; *ἐκχέουσι κρατῆρα* Charterius K.

19 *ἐξέχεον τότε*: *ἐξαιροῦντά τε* uolg.; *accipiente puero urceum ac fundente uinum in craterem* ed. Bonardi Venet. a. 1490; cf. Subfig.

λον ἢ ζῆν τοιούτῳ. ὁ δ' ἐκ τούτου πίνων ὑγιὴς ἐγένετο θαυμαστόν τινα τρόπον. ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸ τοῦ δέρματος ὀχθῶδες ἀπέπεσεν ὡς τῶν μαλακοστράκων ζώων τὸ σκέπασμα. ὅσον δ' ὑπόλοιπον ἦν ἔτι μαλακὸν ἱκανῶς ἐφαίνετο καθάπερ τὸ τῶν καράβων τε καὶ καρκίνων ὅταν ἀποπέσῃ τὸ πέριξ ὄστρακον. ἕτερον τοιοῦτον ἐξ ὁμοίας περιπτώσεως ἐγένετο κατὰ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Μυσίαν οὐ πόρρω τῆς ἡμετέρας πόλεως. ἄνθρωπος ἐλέφαντι κάμνων ἐπὶ χρῆσιν ὥρμησεν ὑδάτων θερμῶν αὐτοφυῶν ὠφελείας ἐλπίδι. παλλακὶς δ' ἦν αὐτῷ δούλη νέα τε καὶ καλὴ πολλοὺς ἐραστὰς ἔχουσα· ταύτῃ καὶ ἄλλα μέν τινα τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ἀτὰρ οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸ ταμιεῖον ἐπίστευεν ὁ κάμνων. ὡς δὲ καταχθέντων αὐτῶν ἡνίκ' ἐχρῆτο τοῖς ὕδασιν ἐν οἰκίᾳ παρακείμενον ἐχούσῃ χωρίον αὐχμηρὸν ἐχιδνῶν μεστὸν ἐμπεσοῦσά τις αὐτῶν εἰς οἴνου κεράμιον ἀμελῶς κείμενον ἐναπέθανεν, ἕρ-
60 μαιον ἡγησαμένη τὸ κατὰ τύχην ἐκβὰν ἡ παλλακὴ τῷ δεσπότῃ τὸν οἶνον ἐκ τούτου προςέφερεν. ὁ δὲ πίνων αὐτὸν τῷ κατὰ τὴν καλύβην ὡςαύτως ὑγιάσθη. δύο μὲν ἤδη σοι ταῦτα διδάγματα τῆς κατὰ [τὴν] περίπτωσιν πείρας· ἕτερον δ' ἐπ' αὐτοῖς τρίτον ἐξ ἡμετέρας μιμήσεως. ἐπειδὴ γάρ τις νοσῶν τοῦτο τὸ νόσημα φιλοσοφώτερος ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐδυςχέραινέ τε δεινῶς καὶ τεθνάναι βέλτιον ἢ ζῆν ἔφασκεν εἶναι διακειμένῳ οὕτως ἀθλίως, ἐδήλωσα τὰς προειρημένας δύο περιπτώσεις αὐτῷ. ὁ δ' αὐτός τε γὰρ ἦν ἔμπειρος οἰωνῶν ἐχρῆτό τε φίλῳ θαυμαστῶς κατορθοῦντι τὸ μάθημα καθίσας ἐπ' ὄρνισιν ἅμ' ἐκείνῳ προὐτράπη τε μιμήσασθαι τὰ διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα καὶ πίνων οἶνον οὕτω φαρμαχθέντα λεπρώδης ἐγένετο. χρόνῳ δ' ὕστερον ἰασάμεθα καὶ τὴν λέπραν αὐτοῦ τοῖς συνήθεσι φαρμάκοις. τέταρτος ἐπὶ τούτῳ τέχνην πεποιημένος ἐχίδνας ζώσας συλ-

1 **πίνων**: non semel, cf. u. 17. 27. p. 71 u. 9 s. (17 **προςέφερεν**).
17 **αὐτόν**: **αὐτό** uolg.
19 **τήν**: incl. Vsener.
23 male interpungunt uolg.
24 **αὐτῷ**: ed. Bas. **αὐτῶν** K.

λαμβάνειν ἐν ἀρχῇ μὲν ἣν τοῦ πάθους ἐκείνου προςέκειτο δ' ἡμῖν ὅπως ἰαθῇ τάχιστα. φλέβα τε οὖν αὐτοῦ τεμόντες καὶ καθήραντες φαρμάκῳ μέλαιναν κενοῦντι χρήσασθαι ταῖς ἀγρευομέναις ἐχίδναις συνεβουλεύσαμεν ἐν λοπάδι σκευάζοντι καθάπερ τὰς ἐγχέλεις. οὗτος μὲν οὖν οὕτως ἐθεραπεύθη διαπνεύσαντος αὐτῷ τοῦ πάθους. ἄλλος δέ τις ἀνὴρ πλούσιος οὐχ ἡμεδαπὸς οὗτός γε ἀλλ' ἐκ μέσης Θρᾴκης ἧκεν ὀνείρατος προτρέψαντος αὐτὸν εἰς τὸ Πέργαμον· εἶτα τοῦ θεοῦ προςτάξαντος ὄναρ αὐτῷ πίνειν τε τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ χρίειν ἔξωθεν τὸ σῶμα μετέπεσεν τὸ πάθος οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας εἰς λέπραν, ἐθεραπεύθη τε πάλιν οἷς ὁ θεὸς ἐκέλευεν φαρμάκοις καὶ τοῦτο τὸ νόσημα.

1 προςέκειτο: προὔκειτο uolg. *instabat autem nobis* Bon. cf. in Subfig. Nic. quem secuti sunt Ino. *(me pro salute consuluit)* et Cast. *(consulebat nos ut . . sanitati redderemus).*

Subfigurationis 58_{21}—60_{25}. Incerto interprete, ed. Iunt. 1550 Isag. libb. p. 33s. c. 12.

Sane illud commodissimum exemplum est, quod nunc mihi dicendum succurrit. 58 21 N. Erat apud nos in Asia in pago quodam elephantiasi uir laborans, qui primo quidem reliquis conuiuebat, ac cum familiaribus uersabatur, ubi uero nonnulli ex consuetudine contagio maculari coeperunt, ipseque iam foetore, et horribili specie detestandus esset, in edito loco prope pagum iuxta aquae riuulum Pagani tabernaculum 59 aegro habitandum struxere, cui deinceps diarium alimentum subministrarent. proxima aestate circa Canis ortum colonis uicinam metentibus segetem minister odorati uini lagenam, quam attulerat prope agri marginem dimittens, abiit. Coloni labore functi cum ad pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens uinum in craterem funderet, ecce exanimata uipera simul collapsa bibituros non minus abominatione quam metu consternauit, ac ipsi quidem aquam potantes,

unum aegrotantes uiderunt, humane se acturos existimantes, si illum hac calamitate morte redimerent, quam ex eo ueneno hausto prope futuram arbitrabantur. at ille nouo quodam prorsus et admirando euentu ab hoc ipso potu sanatus est. excidit enim tota cutis illa et deinde lapidum, non secus ac si cancris locustisue aut caeteris huiusmodi crustaceis animalibus testam, qua conteguntur, abscideris. Nec dissimile in Mysia Asiae non procul a nostro municipio contigit. Vir erat praediues elephantiacus. hic ancillam suam formosam deperibat. contra illa ipsum hominem odio habebat, aliisque amantibus clandestine miscebatur. eius doli consciis duabus ancillis contubernalibus utebatur, altera penui praeerat, altera cellae uinariae. Accesserat aeger inde sibi promissa salutis spe ad quosdam calidarum aquarum fontes, ubi multa uiperarum uis ob squalorem ariditatemque loci scatebat. In uini igitur lagenam parum diligenter seruatam uipera irrepsit, quam cum suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, ut odiosus dominus eo ueneno facile interiret, coenanti alacriter obtulit, eueneretque omnino eadem, quae paulo supra de pagano retulimus. Atque haec quidem duo sunt experientiae monumenta, quae casus attulit. nunc uero tertium adiungam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos hac ipsa aegritudine efflictim laboranti, ut iam illi mors uitae praeferenda uideretur, geminos hosce euentus cum forte recitauissem, idem ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoque confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus uinum ita medicatum, quod parari iusserat, intrepide hausit: nec multo inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam praeter hos omnes uiperarum uenator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me pro salute consuluit, quem ego admonui, uiperas, quas uenaretur frustatim incisas, et anguillarum more decoctas esitaret. atque ita per halitum aegritudo discussa est. Alium praeterea diuitem uirum non nostratem, sed e media Thracia Pergamum, somnio ita iubente,

profectum Aesculapius admonuit, ut medicamentum e uiperis quotidie potaret, atque exterius corpus illineret, ac non multo postea transiuit in lepram, deinde hac medicina, quam deus docuerat, exquisite sanatus est.

Subfigurationis 58_{20}—60_{25} Dominico Castello interprete, ed. Farrea 1544 sect. VI. p. 1223_{10} ss.

Referam nunc tibi exemplum oportunum, uixit cum 58 21 N.
suis familiaribus in quodam nostrati Asiae pago per aliquod tempus elephantiasi uir male affectus, qui cum domesticis malum iam communicare uideretur, ipseque et foetore plenus, et quasi horrendus ab omnibus fugeretur, affines non procul a pago in excelso quodam loco casam prope fontem aedificant, ibique hominem collocant. Huic ea cibaria quot- 59
tidie apportabant, quae ad uictum sibi sufficerent, dum hic ibi uitam traducit, ad canis ortum messoribus, qui in proximo messem faciebant, lagena odorati uini affertur, ibique non longe a ipsis deposita relinquitur, cum igitur bibendi esset tempus, ac effuso a quodam adolescente uino in craterem, ut de more aqua dilueretur, forte uisa est uipera enecata, unde ueriti ne quid ex huiusmodi uini potu paterentur, aquam bibunt, indeque profecti homini turpi elephantiasi uexato uinum benigne tribuunt, rati illi melius esse, quamprimum mori, quam diutius ita uiuere, qui cum bibisset admirabili quadam ratione ex illo potu sanatus est, eius enim cutis, quae prae duritie quasi erat testacea facta, persimilisque animalibus, qui crusta obtecti sunt, tota prorsus decisa abiit eiusdemque caro aeque mollis reddita est, atque cancrorum, et locustarum fit, ubi obductam testam exueris. Sic ille euasit, consimile uero huic contingit in Misia, quae et ipsa Asiae pars est, non procul a nostro oppido posita. Elephantiasi similiter quidam laborabat, hic cum ad balnearum aquas sponte salientes spe commodi esset profectus, perpulchram ancillam, quam perdite amabat, secum adduxit, haec et aliis amatoribus sui copiam faciebat. cuius rei et conseruae, quarum custodiae penu et caella

uinaria committebatur erant consciae, dum igitur herus in domo quadam loco arido et uiperis scatente diuertitur (ibi enim hospites, qui beneficio aquarum utebantur esse oportebat), forte fortuna in uini lagena negligenter a suis adseruata mortua uipera, quae deciderat, ab amata adolescentula est inuenta, quam cum uidisset, peroportunam necandi herum sibi datam esse occasionem existimauit. Itaque eidem uinum propinat, quo exhausto ab eo incolumis redditus est, non secus ac pagano euenisse supra retulimus. Haec igitur sint duo illius experientiae monimenta, quae ex casu habet ortum. Tertium uero a nostra imitatione accipies. Eodem morbo per multos annos afflictus philosophus cum miser ita iaceret, et mortem uitae anteponeret, praedictos euentus eidem recensui, qui cum in augurandi arte esset expertus, seque longe peritiori amico uteretur, aues cum illo obseruat, a quo cum esset persuasus, ut quae experientia probata essent eadem et ipse in seipso experiretur, uinum tali medicamento paratum bibit, sicque ex elephantiasi ad lepram malum declinauit, quam nos postea consuetis medicamentis curauimus. Quartus praeterea uiperarum uenator cum hac peste uexari coepisset, consulebat nos, ut eum pristinae sanitati quamcitissime redderemus. Nos igitur sanguinem mittere quamprimum iussimus, et deinde atram bilem mouente pharmaco corpore expurgato, uiperis, quas uenabatur, in olla anguillarum more praeparatis eum uti praecepimus, qui quidem excusso per transpirationem morbo sanus effectus est. Adhaec bene numatus uir Thracius somno admonitus Pergamum se recepit, et deinde iussu dei, quem acceperat quottidie exhausto medicamento, quod ex uiperis conficitur, et extrinsecus corpore peruncto non multo post leprosus euasit, ac rursus medicamentis a deo traditis perfectae ualetudini est restitutus.

Subfigurationis 58_{21}—60_{25} ex editione Io. Baptistae Rasarii, Venet. 1562, extr. ord. cl. II. p. 30.

. . . quod exemplo hanc ad rem accommodato, quale sit, 58 21 N.
ostendam. laborabat uir apud nos in Asia quodam in pago elephantiasi: is primis diebus suis cum familiaribus uiuebat, eorumque consuetudine utebatur: sed cum ea contagio manare ad domesticos caepisset, ipseque foetidus iam, horribilique specie uideretur, casam ei non procul a pago edito
quodam in loco prope fontem sui aedificant: ibique aegrum 59
collocant: ac quotidie alimentum, quod esset ad uitam satis, comportandum curant. sub canis ortum messoribus, qui in proxima metebant, odorati uini lagena affertur. qui eam attulerat, non procul ab illis eam collocat, ipseque discedit. cum bibendi tempus aduenisset, puerque messoribus propinaret, ut primum in cratera uinum effudit, ut de more aqua dilueretur, forte simul effusa est exanimata uipera. illi ueriti ne quid eis uini illius potus mali importaret, aquam solam biberunt, indeque profecti uinum ad eum, quem elephantiasis obsidebat, pertulerunt. existimabant enim se humanitatis fungi officio, si auctores fuissent, ut ille ex uini haustu e uita migraret potius, quam in ea calamitate hac lucis usura frueretur. at ille mirifico euentu quodam ex eo potu seruatus est: siquidem eius cutis, quae dura, et quasi testacea erat reddita, iisque animantibus persimilis, quae crusta obtectae sunt, tota prorsus excidit: atque eius caro non secus est facta mollis, quam cancrorum, locustarumque, ubi obductam testam detraxeris, efficitur. tale quidpiam usu uenit in Mysia, quae ipsa quoque Asiae pars est, idque non procul ab oppido nostro. elephantiasis alium correperat. hic ad balneas aquarum sponte scaturientium spe salutis profectus ancillam formosam, quam deperibat, secum adduxit. haec herum perosa, aliis amatoribus sui copiam faciebat. eius rei duae aliae consciae erant ancillae, quarum alteri penu, alteri cella uinaria commissa erat. itaque interim dum herus in arido quodam, uiperarumque pleno loco diuertit, ibi forte in uini lagenam negligenter adseruatam

uipera decidit, eamque mortuam amata adolescentula comperit. quam cum uidisset, opportunam necandi odiosi heri occasionem sibi oblatam rata, uinum illi potui dat: quo hausto, non secus atque ille, quo de supra memoraui, incolumis euasit. atque haec duo sunt illius experientiae, quae ex casu profecta est, monumenta. tertium modo ab imitatione ductum subiungam. cum philosopho cuidam multos annos hoc eodem morbo conflictato ut ei mors uitae anteferenda uideretur, hos duos euentus recitassem idem ipse experiri animum induxit. quod ad agendum est etiam augurio, siquidem augur erat, confirmatus. erat autem ei cum alio peritiore eius artis familiaritas. itaque uterque simul aues obseruat. augurio persuasus, ut quae essent experientia comprobata, eadem ipse quoque in se experiretur, uinum tali medicamento paratum bibit: et ex elephantiasi in lepram morbi uis conuersa est. quam nos postea medicamentis ad lepram accommodatis sustulimus. praeterea uero quartus, qui uiperas uenabatur, cum hoc uexari morbo cepisset, a nobis petiit, ut eum quamprimum incolumem redderemus. nos ilico secari uenam iussimus, corpusque medicamento, quod atram bilem duceret, expurgauimus: tum iussimus, ut uiperas, quas uenabatur, anguillarum modo in olla apparatas esitaret. itaque per halitum discussus morbus est. alium quoque fortunatum hominem, non nostratem sed Thracem, in somnis admonitum Pergamum ut peteret, deus esse adhortatus perhibetur, ut quotidie medicamentum ex uiperis biberet corpusque extrinsecus ungeret, quae res fecit, ut non ita multo post, morbus in lepram sit commutatus: deinde medicina a deo commonstrata utens integram ualetudinem recuperavit.

Index.

uinum aegrotanti attulerunt, humane se acturos existimantes, si tantam uiri calamitatem morte redimerent, quam ex eo ueneni haustu plane futuram arbitrabantur. at ille nouo quodam prorsusque admirando euentu, ab hoc ipso potu sanatus est. excidit enim tota cutis dura et ueluti lapidosa, non secus ac si cancris locustisue, aut caeteris huiusmodi crustaceis animalibus testam, qua conteguntur, abscideris. Nec dissimile in Mysia Asiae non procul a nostro municipio contigit. Vir erat praediues elephantiacus, hic ancillam suam formosam deperibat. contra, illa foedum hominem odio habebat, aliisque amantibus clandestine miscebatur. cuius doli consciis duabus ancillis contubernalibus utebatur, altera penui praeerat, altera cellae uinariae. Accesserat aeger inde sibi promissa salutis spe ad quosdam calidarum aquarum fontes, ubi multa uiperarum uis ob squalorem ariditatemque loci scatebat. In uini igitur lagenam parum diligenter seruatam uipera irrepsit, quam cum suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, ut odiosus dominus eo ueneno facile interiret, coenanti alacriter obtulit, euenereque omnino eadem, quae paulo supra de pagano retulimus. Atque haec quidem duo sunt experientiae monumenta, quae casus attulit. nunc uero tertium adiungam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos hac ipsa aegritudine efflictim laboranti, ut iam illi mors uitae praeferenda uideretur, geminos hosce euentus cum forte recitauissem, idem ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoque confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus uinum ita medicatum, quod parari iusserat, intrepide hausit: nec multo inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam praeter hos omnes uiperarum uenator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me pro salute consuluit, quem ego admonui, uiperas, quas uenaretur frustatim incisas, et anguillarum more decoctas esitaret. atque ita per halitum aegritudo discussa est. Alium praeterea diuitem uirum non nostratem, sed e media Thracia Pergamum, somnio ita iubente,

profectum Aesculapius admonuit, ut medicamentum e uiperis quotidie potaret, atque exterius corpus illineret, ac non multo postea transiuit in lepram, deinde hac medicina, quam deus docuerat, exquisite sanatus est.

Subfigurationis 58_{20}—60_{25} Dominico Castello interprete, ed. Farrea 1544 sect. VI. p. 1223_{10} ss.

Referam nunc tibi exemplum oportunum, uixit cum 58 21 N.
suis familiaribus in quodam nostrati Asiae pago per aliquod tempus elephantiasi uir male affectus, qui cum domesticis malum iam communicare uideretur, ipseque et foetore plenus, et quasi horrendus ab omnibus fugeretur, affines non procul a pago in excelso quodam loco casam prope fontem aedificant, ibique hominem collocant. Huic ea cibaria quot- 59
tidie apportabant, quae ad uictum sibi sufficerent, dum hic ibi uitam traducit, ad canis ortum messoribus, qui in proximo messem faciebant, lagena odorati uini affertur, ibique non longe a ipsis deposita relinquitur, cum igitur bibendi esset tempus, ac effuso a quodam adolescente uino in craterem, ut de more aqua dilueretur, forte uisa est uipera enecata, unde ueriti ne quid ex huiusmodi uini potu paterentur, aquam bibunt, indeque profecti homini turpi elephantiasi uexato uinum benigne tribuunt, rati illi melius esse, quamprimum mori, quam diutius ita uiuere, qui cum bibisset admirabili quadam ratione ex illo potu sanatus est, eius enim cutis, quae prae duritie quasi erat testacea facta, persimilisque animalibus, qui crusta obtecti sunt, tota prorsus decisa abiit eiusdemque caro aeque mollis reddita est, atque cancrorum, et locustarum fit, ubi obductam testam exueris. Sic ille euasit, consimile uero huic contingit in Misia, quae et ipsa Asiae pars est, non procul a nostro oppido posita. Elephantiasi similiter quidam laborabat, hic cum ad balnearum aquas sponte salientes spe commodi esset profectus, perpulchram ancillam, quam perdite amabat, secum adduxit, haec et aliis amatoribus sui copiam faciebat. cuius rei et conseruae, quarum custodiae penu et caella

uinaria committebatur erant consciae, dum igitur herus in domo quadam loco arido et uiperis scatente diuertitur (ibi enim hospites, qui beneficio aquarum utebantur esse oportebat), forte fortuna in uini lagena negligenter a suis adseruata mortua uipera, quae deciderat, ab amata adolescentula est inuenta, quam cum uidisset, peroportunam necandi herum sibi datam esse occasionem existimauit. Itaque eidem uinum propinat, quo exhausto ab eo incolumis redditus est, non secus ac pagano euenisse supra retulimus. Haec igitur sint duo illius experientiae monimenta, quae ex casu habet ortum. Tertium uero a nostra imitatione accipies. Eodem morbo per multos annos afflictus philosophus cum miser ita iaceret, et mortem uitae anteponeret, praedictos euentus eidem recensui, qui cum in augurandi arte esset expertus, seque longe peritiori amico uteretur, aues cum illo obseruat, a quo cum esset persuasus, ut quae experientia probata essent eadem et ipse in seipso experiretur, uinum tali medicamento paratum bibit, sicque ex elephantiasi ad lepram malum declinauit, quam nos postea consuetis medicamentis curauimus. Quartus praeterea uiperarum uenator cum hac peste uexari coepisset, consulebat nos, ut eum pristinae sanitati quamcitissime redderemus. Nos igitur sanguinem mittere quamprimum iussimus, et deinde atram bilem mouente pharmaco corpore expurgato, uiperis, quas uenabatur, in olla anguillarum more praeparatis eum uti praecepimus, qui quidem excusso per transpirationem morbo sanus effectus est. Adhaec bene numatus uir Thracius somno admonitus Pergamum se recepit, et deinde iussu dei, quem acceperat quottidie exhausto medicamento, quod ex uiperis conficitur, et extrinsecus corpore peruncto non multo post leprosus euasit, ac rursus medicamentis a deo traditis perfectae ualetudini est restitutus.

Subfigurationis 58_{21}—60_{25} ex editione Io. Baptistae Rasarii, Venet. 1562, extr. ord. cl. II. p. 30.

. . . quod exemplo hanc ad rem accommodato, quale sit, 58 N. ostendam. laborabat uir apud nos in Asia quodam in pago elephantiasi: is primis diebus suis cum familiaribus uiuebat, eorumque consuetudine utebatur: sed cum ea contagio manare ad domesticos caepisset, ipseque foetidus iam, horribilique specie uideretur, casam ei non procul a pago edito quodam in loco prope fontem sui aedificant: ibique aegrum 59 collocant: ac quotidie alimentum, quod esset ad uitam satis, comportandum curant. sub canis ortum messoribus, qui in proxima metebant, odorati uini lagena affertur. qui eam attulerat, non procul ab illis eam collocat, ipseque discedit. cum bibendi tempus aduenisset, puerque messoribus propinaret, ut primum in cratera uinum effudit, ut de more aqua dilueretur, forte simul effusa est exanimata uipera. illi ueriti ne quid eis uini illius potus mali importaret, aquam solam biberunt, indeque profecti uinum ad eum, quem elephantiasis obsidebat, pertulerunt. existimabant enim se humanitatis fungi officio, si auctores fuissent, ut ille ex uini haustu e uita migraret potius, quam in ea calamitate hac lucis usura frueretur. at ille mirifico euentu quodam ex eo potu seruatus est: siquidem eius cutis, quae dura, et quasi testacea erat reddita, iisque animantibus persimilis, quae crusta obtectae sunt, tota prorsus excidit: atque eius caro non secus est facta mollis, quam cancrorum, locustarumque, ubi obductam testam detraxeris, efficitur. tale quidpiam usu uenit in Mysia, quae ipsa quoque Asiae pars est, idque non procul ab oppido nostro. elephantiasis alium correperat. hic ad balneas aquarum sponte scaturientium spe salutis profectus ancillam formosam, quam deperibat, secum adduxit. haec herum perosa, aliis amatoribus sui copiam faciebat. eius rei duae aliae consciae erant ancillae, quarum alteri penu, alteri cella uinaria commissa erat. itaque interim dum herus in arido quodam, uiperarumque pleno loco diuertit, ibi forte in uini lagenam negligenter adseruatam

uipera decidit, eamque mortuam amata adolescentula comperit. quam cum uidisset, opportunam necandi odiosi heri occasionem sibi oblatam rata, uinum illi potui dat: quo hausto, non secus atque ille, quo de supra memoraui, incolumis euasit. atque haec duo sunt illius experientiae, quae ex casu profecta est, monumenta. tertium modo ab imitatione ductum subiungam. cum philosopho cuidam multos annos hoc eodem morbo conflictato ut ei mors uitae anteferenda uideretur, hos duos euentus recitassem idem ipse experiri animum induxit. quod ad agendum est etiam augurio, siquidem augur erat, confirmatus. erat autem ei cum alio peritiore eius artis familiaritas. itaque uterque simul aues obseruat. augurio persuasus, ut quae essent experientia comprobata, eadem ipse quoque in se experiretur, uinum tali medicamento paratum bibit: et ex elephantiasi in lepram morbi uis conuersa est. quam nos postea medicamentis ad lepram accommodatis sustulimus. praeterea uero quartus, qui uiperas uenabatur, cum hoc uexari morbo cepisset, a nobis petiit, ut eum quamprimum incolumem redderemus. nos ilico secari uenam iussimus, corpusque medicamento, quod atram bilem duceret, expurgauimus: tum iussimus, ut uiperas, quas uenabatur, anguillarum modo in olla apparatas esitaret. itaque per halitum discussus morbus est. alium quoque fortunatum hominem, non nostratem sed Thracem, in somnis admonitum Pergamum ut peteret, deus esse adhortatus perhibetur, ut quotidie medicamentum ex uiperis biberet corpusque extrinsecus ungeret, quae res fecit, ut non ita multo post, morbus in lepram sit commutatus: deinde medicina a deo commonstrata utens integram ualetudinem recuperavit.

Index.

Vita Alfredi Maximiliani Bonnet.

Natus sum Francofurti ad Moenum anno h. s. XLI patre Ioanne Ludouico matre Iulia. Litterarum elementa domi mihi tradita sunt, dein quinquennium et sex menses in gymnasio Francofurtano disciplina usus sum Classeni Fleckeiseni aliorum uirorum doctorum quorum semper gratissimo animo meminero. Anno LVIIII dimissus theologiae studiosus Heidelbergam petii. post biennium adii Gottingam, dein Erlangam, postremo Berolini annum unum degi, ibique a Consistorio summe uenerando licentiam contionandi rite impetraui anno LXIII. Sequenti anno aliquot menses Londini in pueris ludo erudiendis operam nauaui, dein Parisiis unius adulescentuli praeceptor factus quantum otii restabat in uaria studia impendi. Anno LXVI litterarum latinarum in Academia Lausannensi docendarum munus certamine legitimo inter candidatos instituto in me conlatum est. Inde commeatu annuo impetrato anno LXX Bonnam me contuli ubi Bergkii Bernaysii Buecheleri Delii Diezii Diltheii Heimsoethi Hilleri Schaeferi Vseneri scholis interfui utque seminarii regii sodalis ordinarius per bis sex menses essem Buecheleri Heimsoethi Vseneri eximia beneuolentia mihi contigit. denique Bernaysius Aristoteliarum, Buecheler epigraphicarum exercitationum socium summam per humanitatem et benignitatem me receperunt. quibus uiris omnibus pro uariis multisque erga me meritis gratias nunc ago maximas, etiam maiores semper habebo.

Sententiae controuersae.

I. Lucretii l. II post u. 856 intercidit uersiculus cuius haec fuit sententia: quin res ad nilum redigantur funditus omnes.

II. Non solum animum sed totam animam quartae illius nomine carentis naturae participem facit Lucretius l. III.

III. Munro (Journ. of Philol. 1868 fasc. 1 p. 144) non debebat dubitare quin Epicurus et Lucretius intermitti atomorum motum in rebus creatis negarent.

IV. In Parmenidis philosophia quaerenti quae ratio intercedat inter *τὰ πρὸς ἀλήθειαν* et *τὰ πρὸς δόξαν* proficiscendum est ab Aristotelis Met. A 5 (986 b 33 — 987 a 2) coll. de gen. et corr. I 3 (318 b 6 s.).

V. Dion. Hal. de uet. scr. cens. II 4 (*Πανύασις δὲ τάς τ' ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο*) reponendum est *εἰσηνέγκατο*.

VI. Philologia quae quidem classica dicitur non est historiae una pars sed multis diuersisque constat artibus quarum congregandarum et una disciplina complectendarum nulla alia fuit causa quam quod litteris graecis latinisque ad homines erudiendos uti solemus.

VII. Epicuri rat. sent. 26 (Laert. Diog. X 147) legendum est *οὐκ ἐκλείψει* (uolg. *ἐκλείψεις*).


VIII. Idem ep. ad Herod. (L. D. X 82) *τοῖς πάθεσι προσεκτέον* scripsit (uolg. *τοῖς πᾶσι*, Cobet [*τοῖς*] *πᾶσι*).

IX. Cicero p. S. Roscio 8 ita scripsit: quod antea ipsi scelere et ferro adsequi constituerant (uolg. consueuerunt, Ernesti consuerant).

X. Idem ib. 100 sic scripsit: non hanc suspitionem nunc primam in Capitonem conferri (uolg. primum).

XI. Eiusdem uerba de imp. Cn. Pompei 7 sic emendanda sunt: ciues R. omnes (uolg. ciues Romanos).

XII. Iure iurando homines adigere nefas.



Sententiae controuersae.

I. Lucretii l. II post u. 856 intercidit uersiculus cuius haec fuit sententia: quin res ad nilum redigantur funditus omnes.

II. Non solum animum sed totam animam quartae illius nomine carentis naturae participem facit Lucretius l. III.

III. Munro (Journ. of Philol. 1868 fasc. 1 p. 144) non debebat dubitare quin Epicurus et Lucretius intermitti atomorum motum in rebus creatis negarent.

IV. In Parmenidis philosophia quaerenti quae ratio intercedat inter τὰ πρὸς ἀλήθειαν et τὰ πρὸς δόξαν proficiscendum est ab Aristotelis Met. A 5 (986 b 33 — 987 a 2) coll. de gen. et corr. I 3 (318 b 6 s.).

V. Dion. Hal. de uet. scr. cens. II 4 (Πανύασις δὲ τάς τ' ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο) reponendum est εἰςηνέγκατο.

VI. Philologia quae quidem classica dicitur non est historiae una pars sed multis diuersisque constat artibus quarum congregandarum et una disciplina complectendarum nulla alia fuit causa quam quod litteris graecis latinisque ad homines erudiendos uti solemus.

VII. Epicuri rat. sent. 26 (Laert. Diog. X 147) legendum est οὐκ ἐκλείψει (uolg. ἐκλείψεις).

VIII. Idem ep. ad Herod. (L. D. X 82) τοῖς πάθεσι προςεκτέον scripsit (uolg. τοῖς πᾶσι, Cobet [τοῖς] πᾶσι).

IX. Cicero p. S. Roscio 8 ita scripsit: quod antea ipsi scelere et ferro adsequi constituerant (uolg. consueuerunt, Ernesti consuerant).

X. Idem ib. 100 sic scripsit: non hanc suspitionem nunc primam in Capitonem conferri (uolg. primum).

XI. Eiusdem uerba de imp. Cn. Pompei 7 sic emendanda sunt: ciues R. omnes (uolg. ciues Romanos).

XII. Iure iurando homines adigere nefas.
